




1. Huetij s. petri Dan: s quastiones
 de concordia rationis et fidei, Franco:
 furki 1719
2. Hüffemann s. Joh. s de auxilijs
 gratiae, Francof 1705.
3. ————— de veteris et novi testa,
 menti Natura, Lipsie 1719.
4. Jäger s. Joh. Wolfgang s. theologia
 moralis, tubingae 1719
 confitat 1719. 1719.

JOHANNIS HÜLSEMANNI,
D. & Prof. P. Consistorii Elect. Asses.
ad D. Nicolai Pastoris Lips. &c.

DE
VETERIS ET NOVI
TESTAMENTI
NATURA.



LIPSIÆ,
Apud IOH. MARTINUM BURGMANNUM,
In Collegio Paulino M. DCC. XIV.

JOHANNES HÜTSCHMANNI
D. ex Poly P. Comulgini. Etiege. Auct.
a. D. Niccolai. Tugoua. Tige. etc.

DE
VETERIS ET NOVI
TESTAMENTI
AIA



FILSIE
Johannes Martinius HÜTSCHMANNI
a. Gallo. Lutio. M. DCC. XIX.



כָּלְחוֹת

C A P. I.

DE PARONYMIA.

Ratio tituli: *Hebrei*, בְּרִיחָה, *Syr.* Ριθώκ, *in Talmud*
Greca. Διαδήμητ. *Latini Testamentum:* Gerzani *Tea*
stamentum: Belge *Verbond.* *Biblia an ad naturam Fœderis,*
an Testamenti accedat?

s. I.

DE Veteris & Novi Testamenti natura, quando titulum fecimus, Vocabulum naturæ non Physice; sed Metaphysice pro rei essentia & quidditate acceptum voluimus. Id, quod ex ea causa referimus, quia ex Philosophi lib. 5. Metaph. c. 4. didicimus hanc vocem esse ἐν τῷ πολλαχῶς λεγομένῳ. Sed ἄρευ προσφίλεις και παλλὰν ad propositum accedimus. Ubi perverstigiata nominis definitione per causarum, aliisque cellulas topicas ad rei cognitionem, constituta finitione, veniamus. Deus adspiret coepitis!

S. 2. Atque ut a Paronymia initium faciamus, sancta Prophatarum, Evangelistarum & Apostolorum monumenta vocantur בְּרִיחָה, cui Avenarius in Lexico, & Marcus Marinus in Arca Noe, nullam assignat radicem. Schindleri vero & Buxtorffii Lexica deducunt a ברִיחָה elegit, scelgit; sicut שְׁבִירַת שְׁבִירַת. Rationem denominationis hanc damus, si significationem Testamenti (quæ tamen rarissime convenit, ideo & rectius nonnulli per Fœdus verti putant) species quod testator in conscribendo hærede electionem instituerat: Sin vero Fœderis, quod בְּרִיחָה sit res, quam finitione

bus atque conditionibns' duo contrahentes eligunt, ut ad eas se se
obstringant. Syra Paraphrases passim יְהוָה וְתִקְרֵב vertit. Ubi Græcam
vocem, LXX, Interpp. alias solennem, in dialecto Syra-Comagena
sive Antiochena audire ne mireris velim. Non enim solum Targum-
icam, sed & Talmudicam Dialectum Grajorum infecere latices.
Siquidem in Talmud aliisque Commentariis סְנַרְרָרִי συνέδριον
אֲסֻרָּן אֲסֻרָּן תְּמִימָן פֶּרֶחְסִינְתָּא πακέχσια, דָּרוֹן דָּאָרוֹן
atque sextenta alia offendimus.

§. 3. Græcum διαθήκη a διάθεσις descendit, quod atte-
stante Kircher in Concordiis ordinarie denotat disponere & dispo-
nendo conuectere: quamquam & in pacisciendi & legandi significatio-
ne inveniatur: Ita ut διαθήκη sit ultima dispositio, Testamentum, in-
terdum etiam pactum. Budæns enim apud Aristophanem in Avibus
exemplum observavit unicum, ubi διαθήκη notet stipulationem, LXX
vero Interpp. (quod pactum denotat) semper per διαθήκην
(ut Aquila per συνθήκην) reddiderunt duobus saltem exceptis locis,
puta Deut. 9, 15. ubi voce μασθύσις, & i. Reg. 10, 11. ubi voce εὐθύληγς
utuntur. Latini dicunt Testamentum, ex eo secundum l.z. Inflit. 1.20.
de Testamentis ordinandis appellatum, quod sit testatio mentis. Sicut
apud Plutarachum de Iſide: Ἰεροὶ δὲ εἰσόμενοι τὸ θύρον, & apud Prisia-
num: Argumentatio, quasi argute mentis oratio.

§. 4. Nec est quod Valla l.6, Elegant. c. 36, neget, hoc a testatione
& mente appellatum, concludens alias Salsamentum, vestimentum,
monumentum, calceamentum, pavimentum & similia deduci a ueste &
mentie &c. Imperator enim & cum hoc JCti non vocabula, sed rem
considerant, parum solliciti de Grammatica compositione. Atque
ita h. l. quod in re est, per mentis vocem declarare voluerunt. Alias
notum, Testamentum derivari a sui causa efficiente, nimirum Testa-
tore. Germani, Romanorum prementes uestigia, vocant das Alte
und Neue Testament. Belgæ vero hos sacros Codices magis ad
naturam Federis, quam Testamenti accedere contendentes, vertunt
s'oude ende nieuwe Verbond.

§. 5. Quæſtio hic excutienda venit. An vox בְּרִית & διαθήκη
per Fœdus an per Testamentum vertendum, & an Biblia magis ad
natu-

naturam Fœderis, quam Testamenti accedant, aut contra? *Matthias Flacius Illyricus* in prefat. ad *Lett.* *glossæ compendiarie in N. T.* præmissa ostendit sanctum Dei cum hominibus pactum participare & de Fœdere & de Testamento; Inde i. o. convenientias cum Fœdere, & g. cum Testamento adducit. Tandem ob svavissimam hanc mixturam Fœderis & Testamenti d. l. vocat *Biblia Testamento Fœdus*. *Druſius*, *Franckera* Professor oīn celeberrimus, in *Com. ad Gen. c. 90*, afferit בְּרִית semper significare *אָבֵלֶנֶה* i. e. pactum, fœdus: *Teſtamentum* vero in lingua Magistrorum dicitur בְּרִית. Ideo per Fœdus rectius verti nonnulli putant: sed putant. Quippe, quod actus illiusque monumenta, quibus Deus se generi humano proprium promisit, talia præ se ferant requisita, quæ ad Fœdus referri non poterunt, in quo convenientur, ut conserventur, non destruantur homines. In diuina vero hac διαθήκῃ, mors intervenit Testatoris, quemadmodum id late tractat *Apostolus Heb. 9*; Confer *Gal. 3, 5*: ubi *Apostolus* similem tractat materiam, & ibi hunc actum comparat actum Testamentario.

§. 6. Verum enimvero dicat aliquid, si mors testatoris ad vigorem testamentariorum tabularum requiratur. Veteri Testamento haud convenienter, quod Testator i. e. Jesus Christus, non morte confirmavit. Ad quam objectionem hoc habe. Licet in V. T. non sit mortuus Deus, habuit tamen vicarios, nempe animalia, quorum sanguis est sanguis Fœderis. Et decreto divino dicitur agnus occisus, ἀπὸ καλαβολῆς οὐσίας. *Apoc. 13, 8*. Adhæc: Posito, sed non confessio, hæcce diuina Testamenta non sustinere posse examen Juridicum, non tamen infirmantur. Si enim Imperatori hoc præstat potestas legibus soluta, ut testamentum ejus quomodounque factum valeat. Quippini ὁ ἀρχων τῶν βασιλέων tali privilegio fruatur? Vide *Grotii Florum Sparitionem ad Ius Justinianeum l. 2. Instit. 1, 17*, quibus modis Testamenta infirmantur. Ubi ad Procopii Cæsariensis αἴτεροι σολληνοὶ ablegat, qui nos non uno loco docet, hunc Justinianum, & ex epistolis, & ex illegitimis testamentis hereditates adiisse plurimas.

§. 7. Illud ergo pactum magis ad Testamenti spectat naturam; Interim nulli dicamu scribemus, qui per Fœdus interpretari velit. Requisita enim & Fœderis & Testamenti habere non negamus.

Plura qui de hoc desiderat: Adeat Virum de tota Ecclesia Christi,
& de me etiam meritissimum Dn. D. Dorfseum, Praeceptorem
meum Patris instar etatem observandum, Part. i. Thol. Zachar. disp.
2. Andr. Rivetum in Isagog. ad Scripturam S. Hugonem Grotinum Pres.
tu Evangelia: Heinsum in Exercitationum Prolegomenis.

§. 8. Dicitur Testamentum V. & N. (1) a diversitate temporis,
quo scripta sunt. Illud enim literis mandatum, antequam in carnem
venisset ~~—~~ διάταξις, desiderium omnium gentium.
Hoc vero post ejus incarnationem. (2) a diversitate obligationis
& durationis Ebr. 8, 13. Per hoc quod dicit Novum, antiquavit prius.
Porro quod antiquatur ac senescit, in propinquuo est ut evanescat.
Non tamen inde sequitur, quia sub V.T. Novum nondum solemni-
ter promulgatum fuerit, quod hujus virtus, efficacia & fructus ad
stirpes generis humani, & sanctos Patriarchas non sese extenderit.
Credimus enim nos salvos futuros, si causam principalem & prome-
tentem speches, καθ' ἐν τρόπον πάκειν, Actor. 15, 11. Vide
Chemn. Part. 3. LL. CC. p. 234.

C A P. II. DE SYNONYMIA.

Testamenta vocantur Instrumenta, Pandecta, Digesta.
Tertullianus Jurisperitus, V. T. præsa Lex. Turca & Im-
peratoris literæ sacrae. Alia Synonyma. Habiblibab dici-
tur R. Azarie. Cur Canonica? Canones Apostolorum sup-
positi.

§. 1. Haec duo divina Testamenta frequentissime apud Hiero-
nymum & Augustinum sortiuntur nomen Instrumentorum, quippe
quod instruunt hominem in divinis, & utilia sint ad doctrinam, ad
redargitionem, ad correctionem, ad institutionem, que est in iustitia.
Pandecta vocantur a Castrodoro l. 1. Inst. c. 15. & Beda l. d. sex etat.
subfin. Omnia enim ad salutem necessaria continent. & ex his tan-
quam ex cornu copiaz depromere licet, ινα ἀρτιστὴ τε τε δέδειν
δρωπιν, πρὸς πᾶν ἐργον ἀγαθον εἰγένεσται 2. Tim. 3, 17. Ter-
tullianus.

milliano dicuntur Digesta ad imitationem Pandectarum Juris Civilis,
quas, cum in artem quandam redegerit, *Salvius Julianus*, primus Di-
gessiva nominavit, teste *Alciato in Rub. C. d. Edendo*. Et forsitan hoc
sanctum Patrem respexisse non est absolum. Fuit n. Juris Romani
longe peritisimus, quam nemo alius Patrum. Quo circa tam frequen-
ter loquitur cum *JCtis*, ut vel ex illo *tertio libro de Prescriptionibus*
patet. An vero autor sit edicti Tertulliani, nostrarum non interest, nec
est hujus loci. V.T. *Hieronymus in Prologo Galeato*, *veterem aut pri- sciam legem* vocat, legis nomine generalius accepto, quæ continet le-
gem proprii dictam, Prophetas & Hagiographos. In lata hac signifi-
catione accipitur a Christo, quando ait: *In lege vestra scriptum est,*
Luc. 10, 26.

§. 2. Absque ephitheto vocatur V.T. (quod verbum ratione
identitatis ad N.T. referendum) *Joh. 5, 39. 2. Tim. 3, 16. γραφὴ*, tan-
quam illi libri soli meriti sint, ut scriberentur: Codex sacer alias vo-
catur *γραφαὶ ἀγίαι*, *Rom. 1, 2. Iep̄α γράμματα*, *2. Tim. 3, 15*. Non quí-
dem eo sensu, quo Turca sua literas vocat *sacras*, *Rādzivil. Ep. 4. pag.*
244. Peregr. Jerosol. vel quemadmodum Imperatorum litteræ sacre,
caelestes & divales dicebantur, teste Clirystoff. *Orat. ad redditum tom. 5.*
Justinian. nov. 8. c. 1. & nov. 114. in fin. Sed quod sanctissimo S.S. impetu
scriptus, de sanctissima Dei voluntate & essentia nos instruat morta-
les. Vocatur & passim libri authenticī, *Deifici*, *Scriptura Deifica* *Codi- ces sacri*, & quis quæso omnia nōmina in promtu enumerare potest?

§. 3. Vulgo dicitur *Biblia*, quod nomen non solum in Græca,
Latina, & Germanica lingua obtinuit: Sed R. Azarias *l. 3. c. 9. fol. 53.*
non dubitavit scribere *Habibiliab*: tanquam solus sit liber litteræ sa-
cre, & reliqui gentilium libri in comparatione ad has, etiam si de Diis
tractent & alias dicantur *Iep̄α καὶ πάνδημος γράμματα*, nulli sint.
Vocatur & *Scriptura Canonica*; ubi ratio appellationis dubio procul
desumpta est ex *Psi. 19, 5. In omnem terram*, inquit *David*, *exivit* — *regula seu norma eorum*, quod Apostolus LXX. fecit, *Rom. 10, 18.*
per Θόρυβον vertit. Respicitur & ad *Gal. 6, 16*. quando Apostolus de
sua doctrina effatur *ὅτοι τῷ κανόνι τετῷ σωκράτει, pax super illos.*
Ita ad *Phil. 3, 16*. legimus Apostolos *εἰνῷ σωκράτει κανόνι*, & *2. Cor.*
10, 19. doctrina Apostolica vocatur *κανών*, cuius μέτρον Deus Paulo
partitus est.

§. 4. Nu-

§. 4. Nugas ergo vendunt, qui contendunt Scripturam eo pacto dictam fuisse canonicam, quo dicuntur *hore canonice, satisfactio-*
nes canonice, aut sicut κανόνα θυρία, γαστέρες ἀγροῦ Tit. 1.12. dilati-
pidantes patrimonia Ecclesiastica nuncupantur *canonici*. Non enim
Scriptura canonicam autoritatem per canonem alicujus Concilii
acepit, licet canones, quibus Apostolorum nomen suppositum, hoc
asserant. Etenim hos esse hypobolimάos jamdudum agnovit Gelasius
Papa dist. 15. Can. Sancta Romana, & quidam Isidorus apud Gratianum
dist. 16. Nec est, quod Sixti Senens. Bibl. S. l. 2. iii. Clementis ca-
nones Apostolici tale σοφὸν Φάρμακον adhibeat, distinguendo inter
allos, qui ab hereticis conficti & merito a Gelasio reiecti; & inter
illos, quos Clemens ab Apostolis acceptos, Graece scripsit, in hæc
verbina incipientes: Επίσκοπος χειρούσεως.

§. 5. Baronius, aliam elabendam rimam querens, dicit verba dist.
16. apud Gratian. non esse genuina, & opponit alteram editionem.
Sed cur illa editio, quæ ex Toletanæ Ecclesiæ manuscrito Romam
missa, exscripta est, rejiceretur, & vulgatis exemplaribus cederet,
prægnantes non adducit causas, quas vide refutatas apud River. Crit.
S. l. 1. c 1. p. 108. seqq. Confer Rob. Coci censuram & Osiandr. Hist. Eccl.
Cent. l. 1. c. 4. Quomodo vero Jesuita Turrianus hi canonos corru-
perit & ex suo ingenio quædam addiderit, ad oculum demonstrat
Rainold. Censura librorum Apocryph. V. T. prælect. 44. p. 438. seqq. Sed
ne ὑπὲρ τὰ ἐσχαμένα. Scriptura dicitur Canonica ea ex causa, quia
est canon, norma, & Regula, secundum quam, domus Dei, Ecclesia,
adficanda, rectificanda, formanda. Id quod pulchre, & suo more
solide deducit Chemnit. part. 1. Exam. Concil. Trident. p. m. 81. seqq.

C A P. III. DE HOMONYMIA.

Testamentum generaliter pro quovis fædere. An
Patriarchale Testamentum? specialiter pro ultima volun-
tate. Discrimen Vet. & Novi Testam. Different ratione
substantie.

S. I.

TESTAMENTI NATURA.

§. 1. Äquivocatio, quia temper mater multorum errorum, consideranda venit. Vocabulum ergo Testamenti accipitur generaliter pro quovis feedere, pacto & promissione. Ut exempla passim occurunt in Vulgata. Sic *Psalm. 105, 45. Memor fuit testamenti sui*, i.e. promissionis sue. *Psalm. 131, 12. Si custodierint filii tui testamentum meum*, id est, pactum meum. Exinde autem præter V. & N.T. non tertium, nemp̄ Patriarchale, est constituendum. Illi enim actus, quoties Deus in V. T. cum Patriarchis se confederavit, promisso aliquo bono temporali, & requisitâ obedientiâ legali, propriè non sunt testamentarii; sed confederatorii, qvamvis respectum aliquem ad Testamentum habuisse non negemus. Etenim foedera ista Patriarchalia fuerunt quasi prælusive testamenta, & in obumbratione, *diaðñuas*, in qvibus ratione rei promissa respiciebatur, ad N. melioribus promissionibus sanciendum: ratione verò modi præsentandi ad V. T. quando sc. res repræsentabatur typis, qui fuerunt quasi *ēσοπ̄gov*, per qvod in Novum foedus introspicere licuit.

§. 2. Vocabulum Testamenti deinde accipitur speciatim pro ultimâ Testatoris voluntate & dispositione, uti *Hebr. 9, 16. Ubi enim T. est, mors necesse est intercedat Testatoris*. Et qvia hæc in tabulas refertur, per metonym, & istæ vocantur Testamentum. Qvæ significatio est hujus loci, & etiam apud JCtos obtinuit, ut ultima voluntas & literæ, in qvâ hæc erat signata, dicantur Testamentum. Sic enim definitur ab *Ulpiano in l.1. qui testam. fac pos.* qvōd sit voluntatis nostræ justa sententia (vel verbis nuncupata, vel tabulis consignata,) de eo quod post mortem fieri voluerimus. De cætero verum est, quod *Hieron. in c.1. Malach. scribit: In plerisq. Scripturarum locis testamentum non voluntatem defunctorum sonare, sed pactum viventium*. Duo autem sub nostram considerationem cadunt Testamenta, V. & N. Qvæ, qyoniam à multis partim confunduntur, partim non ritè discernuntur, operæ pretium ducimus esse maximum, si, antequam hinc abeamus, utriusque discrimen, & an ratione substantiæ differant, discutiamus.

§. 3. Pelagius, ut homines habuissent aliam rationem justificationis in V. aliam in N. T. singat, tale excogitat discrimen, nimi-

DE VETERIS ET NOVI

tum homines ante Moysen justificatos fuisse lege naturæ : postea
lege Moysis, nunc vero lege Christi. Quem tamen errorem non pri-
mus eravit Pelagius : siquidem constat, totidem verbis in Epiph-
anio & Clemente extare. Scholastici, & quidam ex Patribus dixer-
unt ea, quæ Moses veteri populo tradidit, esse præcepta imperfe-
ciora, de externis & carnalibus rebus tantum præcipientia, & hæc
pertinere ad V. Quæ vero Christus novo populo de interioribus &
spiritualibus virtutibus tradidit, esse præcepta perfectiora & magis
ardua, & referenda N.T. Groperus, mendacia mendaciis te-
gens, he perpluunt, statuit : Quando veteri homini Lex proponitur,
ubi auget peccata, tum vocari Vetus : quando vero spiritus in men-
te renovata inscribit legem, inchoans obedientiam novam juxta
Iegem, tum vocari N. T. Lindanus, Asotus & Andradius fingunt
(ut Traditiones Pontificias salvent,) discrimen, quod V. sit literis:
N. vero T. vivâ voce sine scripto tradendum, huc torquentes Jer. 31,
33. 2. Cor. 3,3, quæ dicta tamen à falso vindicata videbis apud Chemn.
part. i. Exam. Conc. Trid. p. m. 25 seqq.

§. 4. Anabaptistæ, (cum quibus in hoc passu facere videtur Be-
tanu in ultimo suo patu, nimis Manuali prelud. 2 §. 7.) afferunt,
V. tanquam terram Chanaan, corporales & temporales; N. v. T. spi-
rituales & eternas promissiones habere. Qvorum opiniones sigil-
latim refutare, hæc nimis longum. Adi, sis Chemn. part. 3. LL. CC. p. m.
224 seqq.

§. 5. An vero V. & N.T. ratione substantia different, jam in
quæstionem venit. Bucerus, Calvinus, & qui hos sequuntur Χερσίω
τέ ποστίω negativam defendunt, qvorum argumenta primaria in-
venies apud Chemn. part. 3. LL. CC. p. m. 229, 230. Putant enim hoc sal-
tem discriminis esse inter V. & N.T. quod Christus in V. sub typis
rum umbris: in Novo vero Testamento absque regumentis propo-
neretur. Vide omnino de hæc controversia Disp. inauguralem
Eckhardi tom. 6. disp. Gießen, ubi imprimis dictum Heb. 8, 13. urgens,
diligentissime ostendit discrimen Veteris & Novi Testamenti non
esse accidentale, sed substantiale. Typi enim fuerunt potius ac-
cidentale quid V.T. & erant sub V.T. tanquam visibilis concio de
Salvatore, & quædam quasi præludio N. quod consistebat in solenni-

pate-

TESTAMENTI NATURA.

patefactione eorum, quæ DEUS in V. per typos proposuit, quod contra phorinianos observardum esse docet *Francius in Scholasticis in Dedic.* Hieroḡ typi non pertinebant ad essentiam & naturam V. T., quæ confitebat in servandâ lege, quam supremus Legislator cordi hominis inscripsit in paradiso. Juxta hanc statim foedus rigorosum cum homine init, non longè abhinc, homine foedifrago facto, meminit DEUS alterius futuri foederis. Nihilominus postmodum ad montem Sinai illud prius foedus solenniter promulgavit, hoc modo super istas leges pepigit foedus, quod per sanguinem confirmabatur, *Exod. 14.* & ita populus Israëliticus ad rigorosam illam in paradyso obedientiam est revocatus, ut tanto maijori desiderio atque votis supplicaret, ut cœlum tandem scandere reg & descendere Messias.

§. 6. Hæc est substantia V. T. Leges vero ceremoniales duplè considerantur. Ut enim actus sunt onerosi & legales, ad V. Ut vero DEUS his adnexuit imaginem, Salvatorem mundi respiciensem, ad N. T. pertinent, licet non fuerint sub Novo Testamento, quemadmodum Lex, quia adhuc viget, non est de N. licet sub N. T. Plures differentias V. & N. T. qui desiderat, legat *Chemn. part. 3. LL. CC. p. m. 23. seqq.* & supra laudatum *Dn. Dorfcb. part. i. Theol. Zach. diss. 2. §. 40.* Hæc dicta sunt de Veteri & Novo Testamento, quatenus considerantur ut actus divini. Nos vero hic diaðñum intelligimus, quatenus oculum intendimus ad libros vel V. vel N. T. ubi hoc imprimis observardum, quod in libris V. T. multa habentur, quæ spectant ad Novum, & contra interim à potiori fit denominatio, & quia in libris V. T. ea potissimum & prolixius continentur, quæ spectant ad Vetus Testamentum, vocatur V. Test. & vice versa, quia in libris Novi Testamenti ea primario tractantur, quæ ad N. T. pertinent, ideoque dicitur N. T.

CAPUT IV.

DE CAUSA EFFICIENTE.

Causa efficiens Deus: Negant Galenus, Seidelius, hereticis veteres, Waldenses excusantur. Unde scis? Aug.

B 2

gu.

DE VETERIS ET NOVI

gustini. Dux Brandenburgicus. Pontificii blasphemè de Scripturæ authoritate loquuntur. Ecclesia sciendi medium per quod; non propter quod. Externapersvadendi media ratione Ethnici, (Chinenses à C. M. An. 9216. Japonenses An. 884827. numerant.) Judæi, Tenerati. Christianos solum nomen damnabat. Pontificiū hæc in questione: Unde scitis? urgendi. Circulum enim committunt, & sunt incerti de Canonicâ Papæ electione etiam modernâ. Innocentii Epistola Decreta lis supposititia. Papam esse posse hæreticum fatetur d. Castro, Concilia saxe ex rudibus Patribus constitisse asserit Bellarm. Papa contra ius divinum dispensat.

§. I. Evoluta nominis definitione per cellulas topicas investigemus utriusque T. definitionem realem. Primordia capimus à causâ efficiente, de quâ nullus Christianorum dubitat, qvòd sit ipse DEUS, juxta 2. Tim. 3, 6. 2. Petri 1, 21. Ideoque dogmata, quæ in utroq; Testamento continentur, in ultimum hoc principium, cùr' d' e' Pha, resolvuntur. Nec audiendus Galenus, qui dixit: *Mosès multa dicit; sed paucaprobat.* Seidelium etiam hic ad Garamantas ablegamus, qui N.T. fabulam esse impuro ore asserebat, de cujus impudentia legere est Jac. Martini l. d. 3. Elohim, & Socin, in Miscellaneis, ubi hac de re habet opusculum geminum, & de ejus agit epistola. Damnandi etiam sunt, qui totum V.T. reprobarunt, velut à malo DEO Hebreworum oriundum, uti fuerunt Simon Magus, Basilides, Carpocras, Gnostici, Ptolemeitæ, Heracleonitæ, Cajani, Archontici, Cerdoniani, Marcionista, & reliqui, quos Sixtus Senens. Bibl. Sanctæ l. 8. p. 780, recenset. Ubi tamen Albingenses sive Valdenses excipiimus. Nam Gretserum, qui Rainerium Sachonum circa annum 1250. quatuor libros contra Waldenses scribentem cum Luca Tudensi & aliis contra Waldenses scriptoribus edidit, tanquam hominem fablestæ fidei repudiamus, qui nihil non pro Romana roboranda fide

TESTAMENTI NATURA.

fide, mentiri audet. Vide eorum doctrinam, quantum ob incertitudinem cognoscere diceat, apud Gerh. in Prefac. l. i. Confess. Carbol.

§ 2. Non abs re erit hic excutere questionem, & olim & hodie agitaram: Unde nimurum sciamus V. & N.T. quod nos habemus, divinitus esse inspiratum? August. quidem l. 6. Confess. c. 5. t. 1. p. m. 113. monet, non audiendos esse, qui dicunt: Unde sis, illos libros unius veri & veracissimi Dei spiritu, humano generi ministratos? Id ipsum enim maxime credendum erat. Attamen ob Adversarios & Tentatos quæstio hac ventilanda venit. Dux enim Brandenburgicus, quasi tu φλός περιχρονά, in Veritatis sua scene, tanquam Lutherani triumphalibus ejus ferculis jam essent impositi, non videt, quomodo Scriptura S. certitudinem defendere possimus, nisi ab Ecclesia auctoritate dependere dicamus. Inde quidam Gallus, (qui erat Praefectus Lugdunensis Regius, teste Schleidan. in Comm. suo lib. 25. ad ann. 15.) pronunciat: Scripturas tantum valere, quantum Aesopis fabulas, si Ecclesiæ auctoritate desituantur. Id pio sensu hoc potuisse dici affirmat Cardin. Hofius Tom. I. l. 3. contra Brentii prolegomena. Contra vero Cardin. Bellarm. l. 2. de Concil. c. 12. §. 1. & l. 1. d. V. D. c. 10. hoc assertum tanquam blasphemum rejicit. Et per calumniam Pontificis tribui mentitur. Cum tamen ipsi contradicit Cardinalis Surdisius in Catech. qui asserit abrog. Ecclesiæ auctoritate non majorem fidem se addibere D. Mattheo, quam Tito Livio. Sed unde Autoritas Canonica V. & N.T. dependent, fusè & optimè pertractat Excellentissimi Dn. D. Calovii Comment. in Augustanam Confessionem in Enod. Artic. 1. Sect. 4. p. 274. seqq.

§. 3. Damus, & quidem libenter damus, Ecclesiam esse medium sciendi per quod: Non vero propter quod. Sic mulier Samariensis erat occasio, & medium, & quasi via, per quam veniebant ad notitiam istam, quod iste J E S U S esset Salvator mundi: postquam vero ipsi conveniebant, dicebant ad mulierem Job. 4, 42. Jam non propter tuam orationem credimus: ipse enim audivimus, & scimus, quod hic est vere Salvator mundi. Ita quis per Ecclesiam ducitur ad Scripturam S. ex quo vero ipse Scripturam legit: Spiritua testatur, quod Spiritus sit veritas; Job 5, 6. Ut Sol suâ luce radiat, nec supplicat lumen, de semet suo medio testatur, nec sine sole sol videri potest, quis ergo sollem dicere falsum audeat? Ita S. Scriptum est auctoφως. Et ut principia

DE VETERIS ET NOVI

scientiarum sunt per se nota: Ita Scriptura est doctóris. Ut sanctitas Divorum Pontificiorum non ex canonisatione primū, sed hec ex sanctitate operum agnoscitur. Ut eruditio professoris ex ipsā doctrina professio- ne potius, quam Rectoris intimatione constat: Ut locutio quævis humana (Ita Cajetanus in secundā secunde Art. 1, q. 1. dubio 4.) dicitur & notificat audiēnti non solum aliquid aliud, sed & seipsum: Ita Scriptura nullis ex- ternis opibus adjuta suammet maj. statem ex se prodit. Quemadmodum loquitur amatus Theologus celeberrimus, & in dandis similitudinibus felicissimus, Dominus D. Danhauerius in Hodogētico suo Chriſtiano, ſe- cione 1. Art. 1. quæſt. 5. Probè ergo distinguenda sunt argumenta in- fellibilitia, divina, interna, supernaturalia, à probabilibus, humanis, exterris & moralibus. Videamus jam, quænam externa persuaden- di habeamus media; V. & N. T. quæ nos habemus, esse divina.

§. 4. Ubi ratione diversorum ſubjectorum diversa etiam ſup- peditare persuadendi media pronunciamus. Aliam enim cum Ethni- co; aliam cum Judæo; aliam cum tentato ingredi viam necesse habemus. Si ergo negotium tibi erit cum gentili, (modò ille sit do- cīlis, non verò pertinax, quod etiam fuit votum Patrum oīni ſecu- lo viventium,) ante omnia deſudabis, ut primò irritam facias Ethni- corum religionem, quod juxta Patrum ſententiam tanto facilius confunditur, quanto magis variat. Vide inter alia Dn. D. Dorſches Antikirch. c. 2. §. 109. usq; ad §. 131. Atque ostendes, aliqua verē & avi- tæ religioni vestigia manſisse in Ethnica, que ſubministrabit claris. Vossius in lib. 4. de Theologia Gentilium, in quibus de origine & pro- gressu idolatriæ te inſtruit, si quisquam alius. Dein fierimissimis probabis argumentis esse DEUM. Juvabite hac in parte Philip- pus novem argumentis fortiffissimis ex ratione depromptis, quæ legas apud Chemn. part 1. LL. CC. p. m. 272. Confer Grot. de Veritate Religio- nis l. 1. Postmodum hoc ſumnum bonum esse communicabile, (juxta regulam: Omne bonum eſt communicativum ſui,) & ſe non tantum ratione parentia, verū etiam ſcientia ſe patetecille mon- strabis. DEUS enim, inquit Philippus in loco de Deo, procedens ex ſuā areanā ſede propter ſalutem noſram, & ſeſe patetaciles ac familiariter nobiscum colloquens, inuidit aliquod verbum ac te- ſtimonium, ad quod allegavit mentes hominum ita, ut hanc verē effe

TESTAMENTI NATURA.

esse Deum eternum conditorem statuerent, qui se patefecerat hac voce
& hoc testimonio.

¶. 5. Hoc postquam demonstratum erit, prudentibus motivis
induc eum ad lectionem V. & N. T. Hoc enim primarium ᾱτηνα,
nostrum erit, ut Scripturam legendam gentili commendes. Quod si
obtinebis, Libri S. Scriptura per vim ἐπεγραψης (nisi subjectum
recipiens contumaciter Spiritui Sancto refusat) ita dirigent cor,
penetrabuntque ossa, ut discedere in sententiam nostram gentilis
cogatur, ejusque intellectui διάφανο assentiendi inferetur. Cujus
rei exempla narrat Serarius in Prel. Bibliis c. 4. q. 5. p. 15. & Baling. p. 32.
Talem vero efficaciam Scriptura inesse probat Augustin. de Civ. DEI
l. 2. c. 28. qui tom. 5. p. m. 149. & Agid. Hannius in aureo libello de Majestate
Scripturae. Motivas autem, quibus ad legendum impellas Ethnicum,
desumere potes à Scripturæ antiquitate, dogmatum harmoniam, Pro-
phetarum infallibilitatem, stylis majestate, alijs.

¶. 6. De cetero prudentia adhibenda in proponendis argu-
mentis, hominibus paganis. Nam, si Chinensibus & Bonzis Japo-
nenibus principio persuadere velis Antiquitatem Scripturæ, ope-
ram perdes & illudent tibi, cum illi firmissime credant, habere se
longè antiquiora scripta, opinionem sua, annos sex vel septem mille
retro edita. Hi enim referente Joseph. Scaliger. de Emend. temp. pag. 19.
edit. novis, à condito mundo usque ad currentem hunc annum nu-
merant 884827. Illi v. 9216. Qua verò methodo illi Japonii persva-
dendi de autoritate Scripturae S., legi Alexandrum Valignanum Je-
suitarum Visitatorem & Provincialem in Oriente: In tractatu de pro-
curanda salute Japoniorum.

¶. 7. Quod si cum Iudeo tibires, non opus erit auto-
ritatem & existentiam V. Test. comprobare, quam ipse concedit:
sed contentionis serra de N. tantum protrahenda erit. Ratio-
nem verò persuadendi hanc damus, ut ejus harmoniam cum V.
vaticiniorum impletionem verissimam, item annorum de adventu
Messiano ostendas, & (quod maximè profuerit) ad ejus lectionem,
quoad fieri possit, adagas, ut ipse Scripturæ insitam vim sentiat?
Vivus enim est sermo Dei & efficax, & penetrans quovis gladio, u-
trius incidente, ac pertingente iugis ad divisionem anima simul ac spi-
ritus

DE VETERIS ET NOVI

ritus , compagumq; medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis , Heb. 4. 12.

¶ 8. Si Tentatus vel de V. vel N. vel de utriusque T. divinitatem dubitet, urgendas est, ut scrupulos dubitationis exponat, sive sint ex ratione, sive ex alio scripto desumpti. Tunc allaborabis, ut ipsum suis detrudas præsidis, & ex Scripturâ refutes. Siquidem nihil ex ratione contra Scripturam induci potest, quod non ex eadem quoque accuratissimè refellatur. Quo facto nostra asseres argumenta nūtūtūvāsānā, puta mysteria tremenda, vaticinia impleta, præcepta, harmoniam Scripturarum, ostensa tot sanctorum hominum nube, qui in scripturam crediderunt, & propter hanc fidem, carceres, cruces, ecclœs, trahções Unco in Gemonias scalas, cathedras ferreas ignitas, tunicas, alimentis ignium & illitas & intextas, fidelulas, armarium muricibus præfixum, clitellas, lacerationes membrorum, scorpiones, tabularia, passi; Adeo, ut tollerantiam hanc Ethnici dementiam existimarunt. Utī Tertull. in Apologe. testatur ¶ 27. Hoc enim elogium: *Hic est Christianus, sola sp̄pissimè erat causa damnationis,* & hoc questi sunt in omnibus Apologiis Christiani, nempe se de solo nomine damnari, καὶ ἐπὶ μόνῳ ὀνόματι οὐαῖς προσπολεμῆται τὸς πολλάς, inquit Athenagoras. Ob hoc solūm publicum merebantur odium, hinc appellati, homicide, incendi, publici hostes, sacrilegi, omnium scelerum, Deorum, Imperatorum, legum, morum, nature inimici, ὁλέγοι τῷ βίῳ, desperati, faeliosi. Quæ omnia nunquam sustinuerint, nisi interno testimonio certi fuissent, ea, quæ V. & N.T. continentur, esse auctore DEO prolata.

¶ 9. Ad hanc quæstionem Pontificiorum responsum fuisset autum. Sed si Speculatorum Brandenburgicum, & ipsos Pontificios urgeremus: Unde scitis V. & N.T. quod vos habetis, esse divinum? Regerent, ab infallibili Proponente. Instantibus: Quinam est ille infallibilis vester Proponens? Reponent alii: Papa; Alii: Concilium. Ulterius si instamus: Unde hoc scitis? proclamatam suam iterabunt cantilenam: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo meam Ecclesiam: Et porta inferorum non valebit adversus illam, Matt. 16,18.* Porro si quærimus: Unde scitis huic esse verborum sensum, & non alium? Respondebunt: Papam ita explicare. Atque ita Papa Scriptu-

TESTAMENTI NATURA.

Scripturæ & Scriptura Papæ defendet authoritatem in infinitum,
Quem disputationis circulum esse concedit *Catharinus ipse Pontificius* p. 228.

§. io. Quid autem fiet, si Papa authoritatem in dubium vocabis, & hunc Innocentium X. non esse verum Papam affirmabis? Papa enim, qui non canonice electus est, non potest esse caput Ecclesie. Cedo ergo, an Papa hic canonice electus sit? Notum enim est, quam subdole in electionibus agant Cardinales, ut vel etiam in latrina convenerint tempore Gregorii 14. Julius Secundus per simoniam ad pontificatum electus & hujus sceleris penitens, super simoniaca Papæ electione novam legem sanctivit, quam postea *Andreas Gambarus*, illius familiaris, interpretatus est, & ille Pontifex commentariorum dedicationem, his verbis factam, patienter tulit: *Lector, Pater sancte Simoniam, quam in tui electione commisisti, cum tanto horrore prohiberi, &c.* Hi commentarii ad ipsam novam Julii constitutionem scripti Roma primū impressi fuere, postea sexpius editi, nunc inter Repetitiones Canonicas Venetiis impressas legi poterunt.

§. xi. Sextum etiam V. per simoniam Papalem thronum ascenisse, affirmat author, qui se nominat *Novum Hominum*, in libro, cui titulum fecit: *Supplicatio ad Imperatorem, Reges, Principes &c.* impressus Londini 1613. *Sextum V.* inquit per Simoniam electum esse nemmo dubitat. Nam, ut Papa eligetur, suffragia Cardinalia Estenis, Cardinaliumq; ab illo pendentium emit, eidemq; mediante scriptura, sua manu subscripta promisit, nunquam in suo Pontificatu Hieronymum Martbeum (qui inimicus Esteni erat,) se creaturam Cardinalem, si Estenis, cum suis in proxima electione Sextum suffragio suis ad Papatum vellent promovere, & cum mediante Esteni factus fuisset Pontifex, opus, se manum suarum esse professus est. Et paulo post: *Ipsum factum simoniaca electionis Sixti quinti nororium factum est;* Nam cum Sextus datum Esteni fidem violasset, Hieronymumq; Martbeum Cardinalem creasset, Estenis prænuncio dolore agrotans, antequam moreretur, illam apoclam Sixti V. manu subscriptam ad Regem Catholicum Philippum II. transmisit, qui anno 1580. Duxem Suffia Oratorem extraordinarium Romanum misit, ad intimandum ipsi Sixto generale Concilium super declaracione

DE VETERIS ET NOVI

tione simoniaca electionis, & ad requirendum DD. Cardinales à predecessoribus creator, aliosq. Ecclesiasticos ad comparendum in Concilio Hispanensi; Itaq; ipsa apocpha, ipsumq; factum in judicium deductum, notarium factum est; sed quia intimatione facta Sixtus pro desperatione mortuus est, negotiorum ulterius progressum non est. Hæc propterea longius adduxi, ut appareret, non juvare Pontificios exceptionem, Quando dicunt, non obstat Papam antecedentibus fallaciis electum, modo posteriori consensu Ecclesia pro Papa recipiatur.

§. 12. Nulla ergo ratione subterfugere poterunt, nisi in tritum illud latibulum: *Quæ non est definita in Ecclesia sententia, ad utramq; partem tñbi vertig, potest.* Scilicet cum ad incitas redacti sint, hoc se liberari possit credunt epiphonemate. Interea, cum certi non sint, Papam hunc esse verum Papam; neque affirmare poterunt, infallibilem esse eundem proponentem. Verum hac de re videndus Dominus Dorschens, nunquam sine honoris præfatione nominandus, in Tractatu super bullam Papalem, de abrogatione Festorum.

§. 13. Frustra etiam est Beccanus, qui l.s. Man. c. i. saltu per 4. priora secula commisso, Scripturæ authoritatem primum per Innocentii Papæ Epistolam Decretalem 3. ad Exuperium probare conatur; Nolumus hic ipsi controversiam movere; de potestate definiendi Pontifici competente, vel absoluta vel comparata; de actu definitionis: An sc. certum sit, Innocentium aliiquid circa hoc negotium operatum fuisse? Hanc enim supposititiam esse lege Blondellum in Pseudo-Isidoro & Turriano vapulante. Nolumus etiam controversiam movere de vocabulo canonice, an latè, an verò strictè h.l. accipiatur. Hoc saltem probet Jesuita: Unde constet, quod h.l. Papa, non ut privatus Doctor, & per modum sententia; non per modum consilii, scriperit? Tum, an sufficienter Ecclesia insinuaret suam illam determinationem, ut obliget. Ego valde de his dubito. Videtur enim hic privatum Doctorem agere. Non enim est Papa, ut Papæ, scribere: *Pro captu intelligentia mea, que sunt visa scripti, quid sequendum, vel quid vitandum docilia ratio per frauderet, &c.* Præterea varias etiam rationes per Epistolam spargit, quæ procul dubio, ut privatus Doctor adducit, utpote in quibus evidentissimum Spiritus S. deliquium passus est. Nobis si licet digredi, offendimus,

TESTAMENTI NATURA:

mus, quam frigide frigidas probationes adducat Beccanus. Sed mai-
num de tabula. Eat nunc & dicat d.l. Lutheranos & Calvinistas non
veram habere doctrinam. Nos certè à seculo ad seculum usque ad
nostra tempora possumus canonem nostrum receptum demon-
strare.

§. 14. Non ingrediemur h.l.hanc controversiam: an Papa &
Concilia errare possint? Legimus enim in sacris toties Concilia Ju-
daica & Pontificem summum errasse, cum primis Job. ii, 47. Quidni
ergo facilius Pontifex Romanus & ejus Concilia? Siquidem Sacer-
dotium Aaronicum, in cuius successione Caiphas erat, à DEO ipso
in V.T. fuit institutum: Quod de suo Roma nunquam probabit,
quoniam imo Pontificatum Romanum non à DEO, sed à Diabolo origi-
nem trahere, facilius credo cum Hunno in Comm.ad Job.c.ii. Quid?
quod Alfonso de Castro, Frater ex Minorum Ordine, l.i. adversus here-
ses c. 4. fateatur, & publici juris in folio Coloniae Agrippinæ, quæ
Roma in Germania, Anno 1543, facere non sit veritus, expressè asser-
rens: Qui dicit, Papam non esse hereticum, in re seria verbis jocari
videtur. Neg. credo, quempiam tam illiteratum Pape assertorem esse, ut
ei tribuere hoc velit, quod non errare, aut in interpretatione sacrarum li-
terarum hallucinari possit. Constat enim plurimos Grammaticam etiam
ignorare, qui ergo fieri, ut sacras literas interpretaretur? Haec tamen ille.
Quæ verba, si cum Bellarmino Cardinali l.z.d. V. D.c. 10. arg. 4. confe-
cantur: Eandem sententiam de totis Conciliis pronunciare possu-
mus. Nam dum ibi autoritatem versionis vulgata attollere alla-
borat, eo dilabitur, ut dicat: In Conciliis generalibus Ecclesia aut pau-
cissimos, aut interdum nullos reperiri lingua Hebreuca peritos, atque idem
de Graca lingua pronunciat. Adeo Papa & Concilia infallibles
sunt Proponentes Scripturatum!

§. 15. Quæ cum ita se habeant, & V. & N.T. Deum agnoscat
autorem: Voces flammis infernalibus ultricibusque vindicandæ
erunt, quæ clamant: Papa potest ex causa contra ius divinum, sive pro-
hibitiones N. & V.T. dispensare. Papa potest tollere ius divinum ex parte
non in totum. Et in eo in dispensationibus sola voluntas est pro ratione.
Papa per suam constitutionem legitimè separat, quos Deus legitimè con-
juxxit (quamvis dictum sit, quod Deus conjunxit, homo ne separet,) quia

nos

C 2.



DE VETERIS ET NOVI

non homo, sed Deus separat, quos ipse vicarius Christi separavit. Vide
hujus notæ plura in egregio libro Papa AntiChristus Georg. Doumani.
l. 4. c. 7. §. 6. 7. Et quamvis Beccatus Manual prelud. 2. hoc neget & à no-
bis (ne multi ad Catholicam religionem revertantur,) subdolè im-
poni afferat, quāsi ipsi docerent, Pontificem dispensare posse contra
V. & N. T. Attamen pleni sunt his axiomatis Pontificiorum libri,
quos in hac causa adducit Mornayus in Mysterio Iniquitatis p. 991. seqq.
& Effectus præterea testatur de causa, & sequentia evincunt exem-
pla, quæ ex segete excerptimus.

S. 16. Clemens 7. Petro Alvarado Hispano facultatem dedit,
duarum ut sororum simul maritus esset. Martinus 5. dispensavit
cūm quodam, qui contrarerat matrimonium cum germana
sua sorore, quam cognoverat fornicarie. Sixtus 4. domestice fami-
lia toti Cardinalis D. Lucia cum hac clausula: (Fiat, ut petitur,) li-
centiam concessit, ut tribus mensibus calidioribus, Junio, Julio &
Augusto, masculino coitu frueretur. Alexander 6. Petro Mendo-
so Hispano, Cardinali de Valencia, indulxit, ut Marchione de Za-
ñeta, notho suo, ad libidinem abuteretur. Sed nimis longum esse
omnia enumerare flagitia. Inspice Mysterium Iniquitatis passim Pbi-
lli Mornay Plessaci Marliani Domini, &c. Cheron. LL. CC. part. 3.
pag. 542. &c.

CAP. V.

DE CAUSA INSTRUMENTALI, SIVE MINISTRO SCRIPTIONIS.

Causam instrumentalem ignorare, non interest fidei catholice. Manent libri in possessione tituli, donec
probetur contrarium. Veroniana & V Valenburgo-
rum methodus. Ecclesia antiqua vidit manuscripta.
Geor. v. 1585 non semper Geor. v. 1586: Hic vero locutos
fuisse probatur.

S. 1. Hujus, V. & N. T. quod nos habemus, authorem fuisse
Spiritum S. diximus: Quibus verò Amanuensis in his sit usus,
jam

FESTAMENTI NATURA

jam videbimus. Et quamvis hujus Scripturæ authoritati nil decederet, etiam si causa instrumentales ignorarentur; Attamen, quia nobis de his certò constat: & Pontifici nobis ogganiunt, quasi absque interveniente Romanæ Ecclesiæ testimonio, hoc scire posteritas nequeat: Opera ergo pretium esse duximus expendere. Unde nimur sciamus Mosen, Paulum &c. esse illorum scriptorum, quæ iis tribuuntur, autores. Alias cum *Canō Locorum lib. 2. c. 11.* dicimus, non magis interesse, nego ad fidem pertinere, à quo scriptore scripsit aliquis liber, sc̄ credamus, Spiritum Sanctum authorem esse. Quod Gregorius in proemio super *Jobum cap. i.* eruditè tradit & explicat: Si magni, inquit, cūjusdam viri suscep̄tis ep̄istolis legere v̄mus verba, eaq̄, quo calamo fuissent scripta quereremus, ridiculum profecto esset, si non ep̄istolarum auctōrem scire, sensumq; cognoscere, sed quali calamo eārum verba impressa fuerint, indagare studeveremus. Præterea pro V. & N. autoribus ministerialibus cum *Grotio l. 3. de Verit. Relig. p. m. 62.* concludimus: Si multos libros historicos recipimus, quorū Scriptores nescimus; ut de bello Alexandrinō Cesaris, nem̄ quia vidēmus eum, quisquis fuit, & illis vixisse temporib; & rebus interfuisse. Quidni V. & N. T. horum ministerio, quos prout tituli, conscripta esse credamus? Sed ad rem.

§. 2. Dicimus ergo (sunt verba Grot. d. l. p. m. 61.) scripta, de quibus dubitatum inter Ch̄ristianos non est, quaq; certum nomen preferunt, ejus esse scriptoris, cūjus titulo insigniuntur: quia sc̄ illi, puta Iustinam, Ireneum, Clementem, ac deinceps alii, sub his nominibus eos libros laudant. Verum obiectat Pontificius: Unde scis, non esse inscriptionem falsam? Respondeo: Unde scis, esse falsam? Tamdiu enim (juxta Jctos) aliquis manet in possessione sui tituli, donec contrariis rationibus deturbetur. Homeri aut Virgilii esse (inquit Grotius d.) qua eorum dicuntur, nemo sanus dubitat, ob perpetuum de hoc Latinorum, de illo Graecorum testimonium: quanto magis de horum librorum auctorib; standum est testimonio prope omnium, quo quot per orbem sunt, gentium.

§. 3. Nos habemus præscriptionem sedecim seculorum: & licet de autoritate quorundam librorum primo dubitatum sit: Illa tamen dubitatio non fuit universalis, & tandem etiam illa exp̄avit

DE VETERIS ET NOVI

ravit quarto seculo, attestante Euseb. Hisb. Eccl. l.3. c.3. Similis esset quæstio, si quis ex me quæreret, in India sive orientali sive occidentali constituto: Unde tu scis, tibi nomen esse Enoch? Responderem: Ex possessione hoc scio, licet testes non habeam. Tibi incumbit probare contrarium, & tamdiu maneo in possessione hujus nominis. Etenim si ita liceret procedere, omnia etiam verissima possent in dubium vocari: Hanc vero præscriptionem neque ad Veronianam, (qua Romanenses ad reddendam de suis dogmatibus rationem non teneri censerunt,) neque Walenburgiorum methodum, (qua primum onus probandi incumbere dissidentibus à Romana Ecclesia: Teneri postea Romanam Ecclesiam ad probandum sua; sed non ante, quam Dissidentes redierint animo & corpore in societatem Romanensis Ecclesiæ, afferitur,) extendendam esse, nuper probatum dedit Dominus Praeses in disputatione de Præscriptione.

§. 4. Accedunt oculati testes, qui ipsa librorum archetypa viderunt. Et de V.T. constat. Quibus enim τὰ λόγια τῆς θεοῦ concretata sunt, Rom. 3, 2. & sunt scriinarii legis, ita etiam, ut literas, quoties quæque occurrat, in numerato habent: In hos nulla certa cadit præsumptio, novos supposuisse titulos. De N.T. nullus etiam scrupulus relatus. Si enim à veritate non abludit, quod Quintilianus dicit, suo tempore extitis manum Ciceronis, Gellius Virgilii suo tempore, Quidni ipsa Evangelistarum & Apostolorum manus tum extiterit? Testatur certè id Tertullianus libr. de præscriptione adversus hereticos, e.30. Age, inquit, jam qui voles curiositatem melius exercere in negocio salutis tue, percurre Ecclesiæ Apostolicas, apud quas ipse adhuc carbedra Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas ipse authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes vocem, & representantes faciem uniuersiung, &c. Eusebius etiam alicubi narrat de scripto quodam, quod sub Pauli nomine ferebatur, quosdam affirmasse, ἀντίγραφον extare in Tarlo Cilicia: sed compertum fuit fallam esse narrationem: In specie, si sit scriptum Epistolicum, agnoscitur ex sigillo ubtato, de quo 2. Thess. 3, 17. Vides ergo, unde sciamus, hos esse veros authores, quos præseferunt tituli.

§. 5. Sed ulterius queritur: an hi authores fuerint ὁσιόντευσον, & nomi-

θεοπάντευσον

TESTAMENTI NATURA.

De scriptoribus scripsierint? (cum Scriptoribus non semper Scriptoribus locuti sint ac scripsierint, Exempla invenies 2. Sam. 7,3. Et c. 11,15. & Salomonis libri non de dogmatibus fidei & mortis: sed de rebus physicis tantum scripti, potuerunt esse humana.) Constat hoc ex stylo stylique genio. Literae enim veram amici absentis vestigia, veras notas afferunt: inquit Seneca Ep. 40. Character vero Propheticus & Apostolicus, est testimonium de Christo, Act. 3,23. cap. 10,34. 1. Pet. 1,11. Apoc. 19,10. Constat etiam ex proprio scriptoris cuiusque testimonio; Quando Exempli gratia incipit; Hec dicit Dominus. Aut: Paulus Apostolus, non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Jesum Christum ac Deum Patrem, &c. nec mentiendi in hos cadit presumptio. Scripsierunt enim non sane commodi consequendi, aut vitandi peri-
li alicuius gratia, cum hujus Professionis causa, & commoda omnia amitterent, & nulla non adirent pericula. Quod si vel minimum, quid in ipsis fuisset malorum fidei, non ipsi suos lapsus & errores, & peccata aeterna memoria prodidissent. Cicero enim, quando l.s. Epist. Famil. Ep. 1,2 à Lucio Lucejo Quinti filio petrit, ut ejus laudes atque res gestas mandet memoriae, & causam adducit, cur non ipse de se scribat: Hec sum, inquit, in hoc genere virtutis, & verecundiae ipsi de se scribant necesse est, si quid est laudandum, & prætereant, si quid reprehendendum est. Hi ergo viri sancti sublimiori principio sunt trapti, dum virtutia sua sunt ipsi facti.

§. 6. Insuper constat ex Ecclesiæ coætanæ indicio, quæ ipsis oculis vidi horum sanctorum hominum prodigia stupenda, vocationem admirandam, alloquia divina, sanctitatem celebrem, vaticiniorum complementa. Item: Doctrinæ illustria testimonia, quæ cum magna fiducia Ipsi, Iporumque discipuli, publice asseveratunt, additis personarum locorumque nominibus & ceteris, ita ut facillime posset à Magistratibus inquisitione facta, veritas aut falsitas assertionis detegi. Lege de hoc B. Aegidium Haunium in de Majestate & Certitudine Scriptura S. pro huius divinitate 21. argumenta adducentem. Objectionibus vero contra V. & N.T. quod multi ex his libri à quibusdam rejecti, quod impossibilia, quod à ratione distona, quod inter se invicem repugnantia contineat, Chemnitius & Mornayus satisfecerunt ll. dd.

CAPUT



DE VETERIS ET NOVI
CAPUT VI.

De
MINISTERIO COLLECTIONIS.

Vetus Testamentum collegerunt Viri Synagoga M.
Singuli libri, quando in canonem relati? Novum vero
Testamentum quidam Apostolus, & probabiliter Jo-
hannes. Apocryphorum textus Graecus & Latinus
dissont. Ordinatio librorum variat, nec Tempus
scriptionis observatum. Subscriptiones quedam Epi-
stolarum falsa. Scripta divina, quae ad nos non perve-
nerunt, etiam nos non obligant.

§. 1. Veteris Testimenti ordinationem & digestionem, tum
Iudeorum, tum Christianorum Doctores adscribunt
אֱנֹשׁ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְנָבָתִים Viri Synagogae magne, quibus hoc nomen inditum, tra-
dente Talmud Hierosolymitano in l. Joma לַוְשָׁנָה עֲטָרָה שְׁהִירָה, quia restituerunt coronam, scilicet legis, in priscam statum.
Hanc congregationem Don Isaac Abarbinel Prefat. in
נֶהָרָת אֲבוֹת catalogus virorum Concilii Magni sunt Haggaeus Propheta,
Zacharias Propheta Malachias Propheta, Sorobabel filius Simeonielis,
Mardochai Bilscham, Esra Sacerdos & Scriba, Jeschua filius Jechoz-
deck Sacerdos, Seraja Realja, Mispar Bigaeus, Rachum, Baana, Nebe-
mia, filius Chachilje. His sunt duodecim primores nominibus suis expressi,
qui ex Babylonie Hierosolymam adscenderunt in principio Templi se-
cundi, quibus præterea adjunctorum fuerunt sapientes alii ex principaliori-
bus populi Israel, ut ad complementum viginti & centum virorum, qui
vocati sunt Viri concili magni, & appellati sunt sic, quod congregati fu-
erunt ad ordinandum constitutiones bonas ad rebæ dirigendum popu-
lum, & restaurandum Rupturæ Legis.

§. 2. Quando vero singuli libri ante constitutionem hujus sy-
stematis in canonem sint relati, in diversas abeunt sententias au-
thores; Quidam dicunt in ipsam arcam fœderis; Quidam in asse-
rema

TESTAMENTI NATURA.

rem quendam ex arca prominentem: Quidam in peculiari capsula ad latus dextrum arcæ fœderis esse relatós. *Drusius* vero in *Henoeb. capite ultimo* notat, solam **תּוֹרַה** five pentateuchum ante captivitatem Babyloniam fuisse canonem & populo publicè prælectam. Hoc verò Concilium, cuius Esdras Præses, Legi adjecisse Prophetas & Hagiographa. Et quia controversia hæc non est de fide, probabiliter id afferenti dicam non scribemus. Interim quando Bellarminus Cardinalis affirmat, usque ad tempora Esdræ Scripturas ita fuisse perturbatas, ut commode haberi non potuerint, negamus cum Theologo de Ecclesia Christi meritissimo, **תּוֹרַה**, *D. Gerhard.* in *Exeg. p. 40. & 42.* De cætero sufficit hanc collectionem, & in canōnem relationem fuisse approbatam à Christo in N. T. quam, si fuisse adūterina, non dissimulasset.

S. 3. Novi Testamenti Canonem sacrum quis in aliquod systema redegerit, pro certo affirmare non possumus: sufficit tamen, si constat, hunc fuisse *Θεόπνευστον*. Sic enim ex *Matth. 28. 10.* concludo: Quorum est docere omnes gentes, eorum etiam est colligere & discernere ea, quæ ad docendas omnes gentes ordinata sunt. Apostolorum est docere omnes gentes juxta dictum. E. Major probatur. Pertinere ad officium Apostolicum non solum docere, sed & doctrinæ canōnem constituere ex hoc constat, quia alias thesaurus iste divinus facile dissiparetur atque negligeretur, quod verò debuerunt Apostoli cavere. Præterea, quia librorum divinorum non digesta series turbavit Ecclesiam, ut patet ex 2. *Theff. 2.* Quis ergo non asseveraret, si non omnes saltē unum Apostolum in hoc incubuisse, ut Evangelia falsa atque epistola adulterina discernerentur à veris & genuinis? Et si conjecturis indulgere licet, has partes deferimus Johanni Evangelistæ, non nescientes quosdam prohibere. Patres: Johannem Evangelistam vidisse trium Evangelistarum scripta, eademque probasse: Petrum insuper S. Pauli Epistolas vidisse & Ecclesiæ commendasse; Tandem Johannem Evangelistam, Episcopum Ephesinum, & Simonem Cleoph. Episcopum Hierosolymitanum sub finem primi, & initium secundi centenarii ab incarnatione Domini, Canonem Novi Testamenti constituisse. Attamen quia aliqua probationis vestigia ex sacris Scripturis

D

ris



DE VETERIS ET NOVI
ris pro solo Johanne monstrare licet, etiam pro eo sententiam
ferimus.

§. 4. Probant hoc Johannis subscriptiones, & quod mera ne-
stat paralipomena ab aliis Evangelistis omissa. Hinc nec clausula
eius Evangelii cap. 20, 31. ad solam ejus historiam restringenda, nec
scriptionis apologia & excusatio cap. 21, 29. ad Johannem tantum.
Sed ad reliquos Novi Testamenti libros pertinet, quemadmodum
ultima Apocalypsis clausula immediate istum librum respicit, cum
ampliatione tamen ad omnes libros Novi Testamenti, quam quos-
dam Pontificios nobis largiri docet *Excellenissimas D. Dorsch. diss. 10.*
Pentadec. 1b. 17. Atque ita Canon Veteris & Novi Testamenti est
collectus, atque à libris Apocryphis segregatus, quos tamen in
ipsum Canonem recipere Pontifici non dubitant; Nos verò si non
ex alio, tamen ex hoc titulo refutare possumus, quod Exemplaria
Græca & Latina longissimè à se invicem distent. Confer texuum
in Bibliis Ariæ Montani; lege *Menzeri Apolog. disput. contra Pistorium* §. 149. & nostra sententia subserubes. Quid ergo? Græcum
textum eligent Pontifici? At quid dicet Latinus? Latinumne? Quo-
modo vero id pacē fieri Græci? Atque haec ratione ubique ipsis aqua-
haret.

§. 5. Quando verò de librorum collectione quaerimus, non de
eorum dispositione & collocations sumus solliciti. Variant enim,
& aliter Hebræi, aliter Latini ordinant libros Veteris Testamenti.
Sic multa exemplaria (ut ad Novum Testamentum deveniamus,)
sunt excusa, in quibus non collocantur Acta Apostolica post Evan-
gelium Johannis, imè ipsa Epistolæ Johannis distrahuntur. Vidi in
Bibliotheca Domini D. Dorschei, mihi ad usum per annum & ult-
ra concessa (pro qua adhuc Domino Possessori debitas per solvo
gratias,) exemplarum Lugduni Gallorum Anno 1526. editum, ubi post
Epistolam ad Hebræos sequebantur Acta, dein Epist. Jacobi, postea
Petri secunda, & sic deinceps. Nee tempus scriptioris in librorum
collocatione observatur. Exempli gratia in Epistolis Paulinis
chronotaxis in vulgaribus nostris exemplaribus non represe-
natur. Primum enim Paulus 1. ad Thessalon. deinde 2. ad Thessal. 1. ad
Corinth., 1. ad Timoth., ad Titum, 2. ad Corinth., ad Galatas, ad Ro-
manos,

TESTAMENTI NATURA.

manos, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Colosseos, 2. ad Timorū, scripti. Præterea nonnullæ earum subscriptiones sunt suppositiæ: Prima ad Thessal. non Athenis, sed Coriathi, 2. ad Thessalon. non Philippis, sed Ephesi, Ep. ad Titum non ex Nicopoli, sed extra Nicopolim &c. scriptæ. Vide de his *Thomam Massutum* in libro, cui titulum fecit: *Paulus Apostolus*.

§.6. Quando dicimus Veteris & Novi Testamenti Codices à Viris sanctis esse collectos, non inficias imus, potuisse existare adhuc alios libros divinos, qui injuria temporis ad nos non pervenerunt. At razonem seu testamentarios fuisse negamus, imo pernegamus. Et licet fateamur, quosdam libros divina inspiratione esse scriptos, etiam actu particulari Ecclesiæ insinuatos; Attamen quia isti cunctæ Ecclesiæ non sunt commendati, actu etiam, ad Universalem Ecclesiæ, ut Canonici haud pertinent. Consule hac de re Domin. Calovii Comment. in Augustanam Confessionem Art. 1. p. 237. Druſ. in Comment. ad Exod. c. 29.

CAPUT VII.

De

MINISTERIO CONSERVATIONIS.

Reges Israelitici necesse habuerunt duo exemplaria Legis conscribere. Judæi scribentia legis. Masora. Tiberias Buxtorfii. Gordonus Huntleyus in scrittam in Hebraicis prodit. Marchio Badensis habet manuscriptum Hebraicum, ipsius Aben-Esræ manus signatum. Noster canon omnibus seculis confirmatus. Ab Ecclesia certitudo moralis, non divina. Qui vera principia; non statim vera principia proponit. Canonem nos à solis Pontificiis accepisse, fateri non cogimur. Luca Brugensis ingenua confessio de Vulgata. Papa negligens fuit

D 2

ix

DE VETERIS ET NOVI

in asservando canone. Bellum Papale inter Sextum V.
& Clementem VIII. Infallibilitas Pape in rebus divinis pericitatur. Decretum Concil. Trident. de Vulgata
turbas dedit in Hispania: Fontes non esse corruptos:
Pontificii ipsis Pontificiis contradicunt. Jejuna applicatio divitiae Luc.16. Dictum i. Tim.3,15. & Augustini:
Evangelio non crederem &c. explicatur.

§. 1. Apud Israëlitas lege cautum erat, eorum Regem duo legis exemplaria propria manu contexere, quemadmodum id legere est in Schickard Jure Regio c.2.1b.5. Tanti sui canonis erant aestimatores Judæi ac Conservatores. Inde Apostolus dicit Rom.3,2. quod illis concedita sunt λόγια τοῦ Θεοῦ, oracula divina, scriptis scilicet comprehensa. Hæc enim h.l. intelligi probatum dedit nominatis sinus Dorschewa part.2. Theol. Zach. disp. 2.p.119. & seqq. Ideoque passim sancti Patres Judæos vocant, nostros scrinarios, Bibliothecarios, Capsarios, Librarios, &c. Et Augusti. l.12. contra Faustum Manicheum, c.23. 1.6. p.266. Quid est, inquit, aliud hodie gens ipsa Iudeorum, nisi quedam scrinariaria bajulans legem & Prophetas ad testimonium assertioris Ecclesie, ut nos honoremus per sacramentum, quod nunciat illa per literam. Plura qui desiderat, audeat Buxtorf. Tiberiad. p.7. Schickardi Beccinas Happerus bim p.12. Geyb. tom.1. LL. CC. p. 6.

§. 2. Cum primis inestimabiliis Iudeorū circa Textus Hebraici curam Christianis probarunt Viri Tiberite, criticas Annotationes, quasi quasi סתוג לתוכה ספימנטו legis, sive V.T. scribentes. Hi enim sunt בשׁזבְרִי חֲזֹותָרִת הַעֲיר כִּי בְעַבּוֹרֶת עַמְרוֹת תּוֹרָה וַיּוֹתָר יספְרֵי הַקְרָשׁ עַל מְחֻכָּנָת בְּלִי תּוֹסֵף וּמוֹגָעָשׁ: quasi custodes murorum civitatis: propter eos enim perstat Lex Domini, & libri sancti in forma sua absq; nulla additione, aut detractione: Ut aben Esra statuit in principio libri Malora enim (definitio Gasparo Schioppio in diatrib. de Lingue Hebr. & Chald. studio p.m. 655.) est doctrina Critica à prisciis Hebraeorum sapientibus, circa textum Hebraicum Sacre Scripturae ingeniose inventa: qua versus, voces & litterae eius

TESTAMENTI NATURA.

ejus numerata omnis, ipsorum varietas notata, & suis locis cum singulorum versuum recitatione indicata est, ut sic constans & genuina ejus lectio conservaretur, & ab omni mutatione aut corruptione preservaretur & valide primumiretur. Consule de hac Eliam Levitam Germanum in Masoretb Hammashoretb. Glass. Philol. S. part. 1. l. i p. 25. seqq. Dorsch. part. 2. Th. Zach. diff. 2. p. 90. Sixtin. ab Amama AntiBarb. Bibl. l. i. p. 32. Galov. Comm. in August. Conf. Art. i. p. 334. seqq. p. 409. seqq. & p. 434. Gerb. Exeg. p. 341. Schick. Bechinath. Happerufchim.

§. 3. Præ omnibus vero evolve Tiberiadem sive commentarium masoreticum magni Buxtorffii, librum Amama judicio AntiB. Bibl. l. i. p. 24. auro contra non carum. Si itaque ejus historiam cupis, consule primam dicti commentarii partem. Haec enim explicat, quid Masora sit: & ejus historiam ex annalibus Hebraeorum recitat. Num scilicet Masora à Tiberiensibus Hebreis post Talmud Judaicum conscripta sit. Deinceps quid Masora in universum, quæ ejus methodus, & quem in finem inventa retractat. Insuper si rationem legendi voces ejus decurtatas, abbreviatas ac Masorethis peculiares indeque obscuriores cognoscere tua fert lubentia, Secundam adi partem, & clavem Masorethicam adhibe, quæ hæc omnia tibi perspicue & methodice explicabit, aditumque à primis ad intima & magis abstrusa Masora penitus cognoscenda, reserabit facillitatem. Simodum exercendi & præceos desideras, invenies sub finem dictæ clavis, Analyticam Masoræ magnæ & parvæ in primum caput Genesios explicationem.

§. 4. Hic ignorantiam in Hebraicis prodit Jacobus Gordonus Huntens Jesuita Scotus Epitome Theol. controversial. Tom. i. controv. i.c. 10. afferens, Masoram nihil aliud continere, quam infinitas correctiones & varias lectiones, cum tamen minima ejus pars in illis occurpet. Licer enim ḥדְרִכְבַּי scriptum, scripture, (quod in contextu anulo notatur, & vocem non ita deberi legi indicat,) & יְהֹוָה legitur (quod in margine p. signatur, & rectius verbum supponit,) supra 1000. voces completestur, in paucissimis tamen occurunt variæ lectiones proprie dictæ. Etenim labor iste Masoreticus tantum non versatur circa simplicem anomaliam Grammaticam, quæ non magis ullam infert corruptionem, quam anomala in aliis linguis. Circa

DE VETERIS ET NOVI

ca correctionem vocum mendose in quibusdam codicibus scri-
ptarum, & secundum probata manuscripta emanatarum : Circa
religionem Judæorum observationem, quam metu profanationis &
vitandæ turpitudinis causa habuerunt : Quæ omnia Jesuita perpe-
ram ad varias refert lectiones. Quapropter egregie vapulavit à
Domino Glazio, ab eodem κατὰ πόδα ἀνακεντήσας ναντασυ-
ασκοῦς refutatus part. i. Phil. S. tractatus i. Consilie etiam, sis, cruditum
libellum Sixtini ab Anana, qui vulgo audit AntiBarbarus Biblicalis,
quo inter alia tractatus se offert peculiaris de Keri & chetib. Hebræo-
rum p. 727. seqq. Esdram vero sive solum sive cum concilio M. רקון
correctionem scribarum confecisse parem mereri fidem,
cum illo Fini Adriani, Ferrar. Tom. 9. c. 2. Flagelli Judæorum, de Bibliis
Esdræ manu exarat, que Bononia in æde Dominici afferventur, com-
mento, statuimus cum Dn. Calov. Comm. in Augustan. Conf. Art. i.
p. 384. seqq.

S. 5. Et quia mentionem Bibliorum ab ipsi manu Esdræ scri-
ptorum injecimus, veniam dabit Lector, si meminerimus istorum
Bibliorum Hebræorum, quæ omnium prima, hac lingua in Germania
adportante ē Vaticana Bibliotheca Capnione, alias dicta
Reuchlino, qui pro institutione in Hebraicis Abdæ Judæo in sin-
gulas horas ducatum pendebat, pervenere. Nunc verò inter pre-
tiosas sua numerat Celsissimus ac Illustrissimus Princeps ac Dominus
Dominus Fridericus Marchio Badensis & Hackberg &c. Dominus mens
Clementissimus, ex cuius gratia hic Thesaurus mihi ostensus. Hunc,
primus iste Hebraicæ lingue in Germaniam Reductor, Patria sua,
Senatu Phorcenti, cum aliis racis manuscriptis Hebraicis, præser-
tim in Cabala (in qua nimium superstitionis fuisse testatur Schick.
in Bech. Happer. p. 101.) tabulis legavit testamentariis. Quæ postmo-
dum omnia in manus dictæ Celsitudinis venere, inter quæ & vide-
re licet manuscriptum, ut fertur R. David Kimchi in Ezechielem, &
12. minores Prophetas. Schickardus in Prefat. Bechinat. Happerus chim,
hujus codicis laudes ita se effundit : Ingens illud & pretiosum exem-
plar Bibliorum, quod Capnio quondam à Divo Maximiliano I. Rom. Imp.
dono acceptum, moriens patria sua S. P. Q. Phorcenti legaverat, nunc ve-
rè Illustrissimo Marchio Badensis &c. possidet, aq. ante aliquot secula,

pro

TESTAMENTI NATURA.

pro R. Abramabo Ben-Meier, Aben-Ezra examatum esse, Buxtorfius consultus, ex hac clausula ^{ולך אב מאיר} probabiliter sane collegit, &c. Sic scripsit, antequam Codicem oculis usurpavit, ex quo vero ipse exemplar vidit, & de singulis eircumstantiis certior factus, sententiam suam se correcturum promisit.

§. 6. Codicem ipsum quod attinet, nec apices, & nec puncta nec Masoreticæ observations neglectæ; Eleganti præterea manu exaratus, & (ut quidam Judæus ex quibusdam literis frontispicio præfixis & senio jam exesis, ita ut earum ductus vix ac ne vix quidem cognosci possit, concludit,) ipse Aben-Ezra manusua hoc manuscriptum signavit. Ceterum cervis, pisibus, gryphis, & mille aliis figuris Hebraeorum explicationes mirabiliter in hoc sunt variegatae. Sic autem finitur:

ח' ז
ונתנְחָקָה סופְרַת לֵבֶן יְהוּדָה וְהַוְמָת וְלִבְנָה
לְעֹלָם עַד שִׁוְעָלָת הַכּוֹר בְּסֻולָּת אֲבוֹת
וְהַוְרָדָה בֶּרֶת שְׁלֹמֹה פִּיְמָת וְאַרְצָה הַמְּקָרְתָּבָת
שְׁבָתָה לְרֹדֶבֶת כְּנֹהָרָה וְלֹרֶבֶת בְּמַאֲדָר
כְּתַבְתָּה וְחוּרָה וְרוֹצָן שְׁוֹרָוְדָה לְבַנְיו וְלַבְנָה
בְּנוֹ עֲרָסָוְתָה כָּל הַוְרָדָה לְבַנָּה וְלַבְנָה בְּנוֹ עַד
סִוְתָה כָּל הַוְרָדָה אַמְנָאָה:

§. 7. Quæ clausula difficiliter de verbo ad verbum in Latinum transfundetur. Non enim potui, ut volui, omnes literas, partim sonio parum apparentes; partim ob earum vicinas formationes, feliciter representare. Sensum autem forsitan percipio, quod sit admonitio ad Lectorem, ut sedulus sit in legendō. Hoc enim ipsi nocere, neque hodie, neque in æternum, donec ascensus scalas ascendat. Item: quod hoc manuscriptum ad lumen absolverit Judas Filius R. Salomonis & R. Uriæ filio Meier scripsit: Tandem annexatur votum, ut hereditario jure filii atque filiorum, filii ad omnium seculorum finem transmittat. Quando vero Buxtorf, legerit ^{ולך אב מאיר} conjicio non observasse reliquas literas ad ^ה adjectas, quæ oblitteratae, & quasi scissæ mihi indaganti apparebant,

DE VETERIS ET NOVI

bant, ex quibus concludere licet, legi *Uri*, non *Abraham*. Ita puto: Si quis vero commodiorem explicationem elicit, meam opinionem tollere promptus ero, imo quam promptissimus.

§ 8. Hactenus de conservatione solius V. T. diximus, restat ut de toto nostro canone proferamus testimonia. Nec enim in ullo seculo deerunt Patres, qui nobiscum eundem canonorum librorum catalogum recentent, ita ut non opus habeamus primum praesidium canonis nostri cum Becano in quintum seculum rejicere, & Papam Innocentium jauctare tanquam hunc, qui pendentem quatuor seculis item demum seculo s. determinaverit. Sed supersedebimus labore adducendi, cum id fecerint Dn. Calov. in *Comment. in Argutissimam Confess. Art. 1. p. 262. seqq. Dannhavv. in Hodog. Christ. sc. t. 1. Art. 1. quefl. 5. Hornei: de divinis Script. disp. 2. p. 136. seqq. post Dod. m. D. Gerhardum, & Joannem Rainoldum. Ad hos Praeceptores Lectorem ablegabo.*

§. 9. Quando ergo Ecclesia per singula secula de manu in massum tradidit canonem V. & N. T. Hanc ἐγχειρίστων Patres vocabant *Traditionem*, per quam non ut Pontifici intelligebant verbum non scriptum, sed perpetuam Scripturæ commendationem ad posteros. Non tamen ea ex causa Ecclesia est collativa internæ autoritatis, quasi Scripturæ majestas ex hac dependeret. Ex isto enim ministerio traditionis certitudinem non divinam, sed moralem habere possumus, quam vir prudens ex momentis & fundamentis rerum diligenter collatis haurire potest, in quibus sequitur judicium sua rationis & regulas prudentiaz. Potest tamen fieri, ut vera ista apprehensio mentis, falsum exinde formet discursum, & sic judicium talis viri fallat. Sic recte intellectus proponit νοναὶ ἐνολας de DEO. Non tamen sequitur, dogmata illa, qvæ gentiles ex illis formant, esse vera. Apostolus hoc indicat Rom. 1, 21. dicens gentes non fuisse in principio, quod erat γνῶσθαι τὰ θεῖα, sed ἐν τοῖς διαλογισμοῖς.

§. 10. Siergo vel maxime concederemus, B. Lutherum Vetus & Novum Testamentum accepisse a Pontificia Ecclesia, & hanc in ista Traditione non refelliisse: Attamen λέπεια μετάφραση efficit à vero principio argumentari ad vera principiata. Sæpè enim potest aliquis

TESTAMENTI NATURA.

quis esse verus in proponendo principia; cum tamen falsus in conclusione ex principio isto elicita. Judæi non fefellerunt nos in tradendo V. Test. Fefellissent tamen, si assūmissemus dogmata ex isto principio infeliciter excitata. Sic Ecclesia Græca non fallit in tradendo nobis libros N. Test. Fallit autem quando proponit, quod Spiritus Sanctus à Filio non procedat. Atque sic quivis hæreticus non fallit proponendo Scripturam; sed sua dogmata falso ex Scriptura petita. Sed hoc Pontificis largiri non cogimur. Nos enī adsciscere possumus in tradendo canone Ecclesiae Græcae, Æthiopicæ, Syriacæ, Arabicæ, Maroniticæ, Ruthenicæ, nec non similiūm aliarum testimoniām. Nec etiam solum Lutheri (ut Pontificis calumniantur,) sed universalis Ecclesiae conservationem adsciscimus. Adsciscimus conservationem Patrum, de qua paulo ante diximus. Adsciscimus eorum commentarios in tota Sacra Biblia. Adsciscimus eorum particularia scripta, in quibus habemus particulatim testimonia Scriptura explicata.

§. 11. Alias, & pones salam Romanam Ecclesiam, Pontificem & Cardinales stetisset, propter supinam eorum negligentiam jam-dudum interiissent. S. Literæ, Adspiciamus vulgatam Bibliorum editionem, quam Concilium Tridentinum authenticam agnoscit Decretu. Sess. 4. Lucas contra Brugensis Theolog. & Decanus Pontificius in libello, cui titulum fecit: Romane correctionis in Latinis Bibliis editionis vulgata loca aliquot insigniora &c., ingenue fatetur: Romanam Ecclesiam hactenus usam esse Bibliis latinis corruptissimis, & adhuc nondum ubique sustulisse corruptionem, Emendationes Sixtinæ & Clementinas, Sixti nomine editas. Et Sextus Senens, in Bibl. S. I. §. tit. de translatione S. S. hæres. 3. sub finem ipse concedit, n̄ eos habere Vulgatam, non quod illos Patres non viderint, sed quod dissimularent. Quid? Fatentur libenter Pontificii, post Hieronymum corruptum esse tam V., quam N. T.

§. 12. Qvod si ita res sepe habeat, execrandus sane est negligens Pastor & Pater Romanus, pariterque non adeo veneranda incauta mater Romana Ecclesia, quæ tam male consuluit filiis, ut optimum hæreditatis bonum corrumpi passa sit. Testatur quidem Angelus Rocca in Bibliotheca Vaticana p. 209. Papam Sextum V. magnâ curâ

E cor-

DE VETERIS ET NOVI

correxisse exemplar Bibiorum; eo vero moriente, exemplaria omnia, quæ vulgata erant, etiam illa; quæ in Vaticana Bibliotheca servabantur (hoc testatur Bibliothecarius,) ad tenebras damnatae Clementem & Papam. E contra Vulgatam de novo revidisse, & in pluribus quam bis mille locis correxisse, atque ita sub nomine Sixti V. vulgasse. Edidit hac de te Londini libellum Thomas Jamesius Bodleianæ Bibliothecæ Proto-bibliothecarius, cui titulum fecit, *Bellum Papale inter Sextum V. & Clementem 8.* in quo demonstrat: Clementis & Sixti V. Paparum repugnantiam in edendo genuino textu Scripturarum; & si prolixum est scire, quantam corruptiarum copiam suo iudicio sustulerit hæc Sixtina editio, authortibi est Amama Antibar. B.I. c. p. 107. non ut istam editionem cum prioribus conferas: sed ad manus sumas Lueam Brugensem, cuius inéminimus in antecedenti thesi. Ejus autem liber editus est *Antwerpia in fol. ex officina Plantiniana Anno 1625.*

S. 13. Nec est quod quis repugnariam harum editionum excusare velit vitiis typographicis, quæ Clemens altera editione tollere voluit. Sphalmata enim ista potuerunt sub finem numerati, ita ut non opus fuisset alia verba iisdem characteribus, quibus tota Biblia, in exiguo charta segmento & valde artificiose glutino imponeat vitiis. Quemadmodum id factum fuisse exemplaria passim in monasteriis asserta testantur. Sed comprimo me, cum haec examinatis & refutaris Amama Antibar. B.I. c. 9. 10. & seqq. Hoc autem inquirendi præbet argumentum: Nonon Papæ infallibilitas in rebus divinis hic defenserit aut Sextum, aut Clementem, imo utrosque, quia mille adhuc scatet mendis Vulgata? Nec, quomodo ex hac causa se extricare poterint Pontificii, video. Fraudes enim & imposturas Clementis (ne in Sexto periclitaretur Pontificis infallibilitas) felicissime detectis Amama dicit. Tanti sunt conservatores Scripturae Papæ. Scilicet!

S. 14. Et quamvis Concilium Tridentinum fulmine anathematis percutiat hos, quicunque hanc Vulgatam adhuc corruptam non pro authenticâ venerantur. Tamen cordatores Jesuitæ in Hispania, Pineda, Sanchez, & alii; Vulgatam quam sepissime deposita, ipsos consuluerunt Fontes, quos frequenter Bellarminus ad angustias

TESTAMENTI NATURA

Nias redactus pari modo adire consuevit. Ut autem moderate hæc de re agant, nolunt quidem quicquam derogare autoritati Decreti Tridentini, interim & Qd^r Φαζουάνοv quærentes in illo, quod quidam Vulgatæ infinitam, quidam finitam adscribant autoritatem. Quicquid sit, videmus circa interpretationem Decreti Tridentini Rom. Ecclesiæ dissidium ortum fuisse, quod & turbas in Hispania dedisse Job. Mariana & Dominicus Banner, ipsi Hispani testantur. Quibus vero difficultatibus hoc authentiaz decretum in ipso Conclilio pressum, & etiamnum prematur, ostendit Amama AntiB. Bibl. f. 1. c. 8.

§. 15. Ut vero majorem autoritatem ipsi conciliarent Vulgata Defensores, non dubitarunt assertere fontes esse corruptos. Sed quia tempus nullum ostendi possunt, in quo Judæi atrox illud facinus corruptarum S. literarum operari potuerint, quidam dicentes, ante Christum natum: Quidam post Hieronymi tempora, esse factum, & qui multi his in dñs contradicunt, ut Jobann Isaac, Professor olim Ebrææ lingue apud Colonenses, Cardinales Cajetanus & Bellarminus, Arias-Montanus, Gleaster, Ludovicus de Tena, & alii, quos nimis longum esset hic referre. Ipsos Pontificios inter se committimus, & non operæ pretium esse duicimus, longam contra hoc instituere refutationem, quam suse legere licet apud Calov. Comm. Aug. Confess. Art. 1. p. 380. seqq. Amamam AntiBarb. Bibl. 1. & alibi.

§. 16. Videmus, si fallor, quantam conservationem Bibliorum tribuerit debeamus Pontificis, potius depravatoribus, quam conservatoribus: Quomodo vero eorum mentem in alienum torquent sensum, è multis unicum adducamus exemplum. Egregiam scilicet explicationem divitis, Luc. 16. ex antiquo aliquo Expositoris libro referimus: cui titulus: *Incipiunt sermones notabiles atq; perutiles, quibus ab editori suo doctore & predicatori famosissimo nomen ut thesaurus novus inticulenter, indicuntur. In sermone 106. hic famosissimus prædictor p. 19. Luc. 16. mystice ad Christū applicat: ulteriorem comparationem forsitan non inveniens. Hic singularis homo, inquit, ut suum premat & perfectam divitiarum copiam thesaurizaret, inducatur purpura passionis & hyffo innocentie & epulabatur quotidie splende de portans cumulum supreme actionis meritorie. Idcirco iste Domi-*

suppoop

E 2

nua



DE VETERIS ET NOVI
nus dives, JESUS CHRISTUS, aliquando in Scripturis datur in
exemplum charitatis.

S. 16. His autem omnibus non volumus derogare quicquam Ecclesiae officio circa res sacras. Sed solum exprobrare Pontificiorum jactantiam dicentium, se esse Scripturarum solos conservatores esse solos authoritatis in Scripturam collatores, & quae sunt reliqua πομφολυγωπα φλάσματα. Nos enim non latet, Ecclesiam universalem, & quamcunque particularem, esse Scripturarum S. vindicem, interpretem, præconem, tabellionem instar librarii: Non vero Dictatorem. Oeconomō enim custodia & conservatio: Non vero authoritas tribuitur. Sed de ministris Ecclesiae dicit Paulus i. Cor. 4.1. Quod sint οἰκόνομοι μυστηγῶν Θεοῦ, dispensatores mysteriorum Dei. Et Ecclesia vocatur σύλλογος και ἐδραιωμα τῆς αἱρέτες, columnæ & stabilitum veritatis, i. Tim. 3.15. non activè, quod ipsa per modum authoritatis veritatem sustinet & suffulcat, sed potius quod sit ab ipsa αἱρέτῃ istud ἐδραιωμα erexit. Aliud enim est columnæ seu basis, aliud fundamentum, cui columnæ innitur. Et licet concedatur, Ecclesia testificationem esse instar columnæ Architectonicae & firmamenti conducentis ad stabiliendam veritatem, non tamen hinc evinci potest, eandem testificationem esse principium practicum fidei divinæ & fundamentum, quod illam fidem producit & generat. Fundamentum enim & principium Fidei ad causam efficientem principalem; Columnæ vero ac stabilitum veritatis ad causam ministeriale pertinet.

S. 17. Sic πολοθεόλληστος Augustini sententia: Evangelio non crederem, nisi me moveret Ecclesiæ autoritas, ita explicanda est: Evangelio non crederem, ut Manichæus (id est, non credidisse) phrasit Africana, quod observat Rives, in Isag. ad S. S. c. 3. n. 22.) nisi me Ecclesia (per quam, non propter quam credidi,) autoritas commoveret. Si etsi dices: Non vidissim noctu lucentem adamantem, nisi id gemmarius ostendisset. Aut quemadmodum principium emendi gemmam non est testificatio aurifabri de gemmæ generositate; Insuper enim requiritur exploratio gemmæ ad obrusam & certum exploratum, quod forte tamen non susciperetur, nisi ordine temporis antecederet testificatio aurifabri, & commendatio gemmæ: Ita quoque

TESTAMENTI NATURA.

quoque Scriptura Sacra, seu generosa gemma ab hominibus nisi recipitur propter Ecclesiæ testimonium, ut principium fidei divinæ, sed tamen ut ministeriale adminiculum, pro verbo Dei agnoscitur.

§. 18. Augustinus ergo non tribuit Ecclesiæ potestatem, quod possit scriptis quibusdam tribuere canoniam authoritatem, id quod contendunt Pontificii, & ex hoc loco ita colligunt: propter quod unumquodque tale est, illud magis est tale. Atqui Scripturæ creditur ob authoritatem Ecclesiæ, dicente Augustino. E. Scripturæ propter Ecclesiæ testimonium creditur. Sed laborat hoc argumentum, & respondet Gesnerus *l. i. de Conciliis cap. 5.* Regulam Dialetticam non de quavis causa, sed tantum de vera, propria, per se, totali & sufficiente subsistere: In iis, ubi plures concurrunt causa, locum minime habere. Non enim, quia præceptor facit aliquem Pötam, ideo ipse melior Pötus est, nec quia eos accipit ferrum, ideo ipsa ferro acutior, nec quia vim facit furiosos, ipsum magis furiosum est. Authoritatem vero Ecclesiæ Augustinus non intelligit aliam, quam que est testis & custodis. Ea vero se non illuc extendit, ut testis de sententia scripti sibi concreti ex suo arbitrio statuere possit. Nam & publico notario committuntur tabula testamenti: interpretatio vero tabularum non ab ipsis ingenio & voluntate, sed à testatoris animo & verborum testamenti consideratione depender.

§. 19. Præterea alia est ratio primitivæ Ecclesiæ, quæ autographa ipsorum Georwius vidit, & crisi de his potuit instituere: Alia hodiernæ, cuius est conservare, & ad posteros transmittere testificationem primæ Ecclesiæ: Non autem statuere de illis libris, cuius non habeat certa documenta ex testificatione primæ Ecclesiæ. Quemadmodum id agnoscit Petrus Alliacensis, Cardinalis Cameracensis, Johannes Driedo, Johann Gerson, & alii non infimæ apud Pontificios authoritatis, sicuti refert D. Dorsheus noster in Part. 2. Tb. Zab. diff. 2. p. 93. 94. De cætero Augustinus ostendit hac sententia, ordinem conversionis suæ à Manichæismo ad Christianam Religionem, quod scilicet Ecclesiæ ministerio hoc factum sit. Sed iste ordo non est perpetuus, & Ecclesia est movens, sed non semper & quasi sit absolute necessarium. Josephus Tiberiensis, qui (uti Epistola ad Barnab. 30. contra Ebioneos p. m. 41. refert) forte fortuna Evangelium

DE VETERIS ET NOVI

sium Johannis & Marchxi, item Acta Apostolorum ex Græca in Hebræam linguam versa inveniens in gazophylacio Patriarchæ Hillelii, animi compunctiones perlegit, donec ulterius monitus vim Scripturarum interius sensit: Et alii, qui casu in S. Scripturarum lectionem delapsi, ad fidem adhibendam pervenerunt, certe Ecclesiæ autoritate non semper sunt commoti. Potuerunt enim adduci martyrum sanctitate & constancia, vaticiniorum eyesatu, miraculorum confirmatione, & aliis motivis.

§.20. Nec hoc est omnium, ut querant, an rectè credant, nec omnes habent fidem reflexam, (quemadmodum Scaliger agit de intellectu reflexo) quod enim millia hominum diem obierunt, nec unquam quid Ecclesia sit, intellexerunt, quos tamen damnare nefas. Monuit hac de re Dominus Dorsch, part. 2. Th. Zach. disp. 1. p. 24. seqq. & disp. 2. p. 81. Ex professo vero & quasi commentarium in hanc scriptis Augustini sententiam laudatus Praeceptor in peculiari dissertatione quam de Autoritate Ecclesiæ habuit Argentorati Anno 1628. Confer, si non grave, D. Calovium in Comment. in Augustanam Confess. Art. 1 p. 302. seqq.

CAPUT VII.

De MATERIA CIRCA QVAM, IN QVA ET EX QVA.

Objectum primarium Essentia & voluntas DEL: Secundarium fata Ecclesiæ. Scripturam esse Scripturam sacram, articulus fidei. Speciale Objectum Veteris Testamenti Lex: Novi vero Evangelium. Nulla versio adeo corrupta, ut non inde haurire possis, quod ad salutem satis. Dictum 2. Cor. 3. 3. explicatur. A Canone Veteris Testamenti qui libri separandi? Jacobi Epistola canonica. Rainoldi & Vbitackeri emulatio.

§.1. Com-

TESTAMENTI NATURA.

§. 1. Communis materia circa quam utriusque T. sive Objectum sunt res divino Spiritus Sancti afflatu & impulso literarum monumentis consignatae, quae omnes continent fiduci articulos, & primario spectant ad erudiendos mortales de Essentia & voluntate divina; Secundario ad Exponenda Ecclesia fata à primis mundi incunabulis, & propinanda exempla, aut nobis fugienda, aut imitanda. Quoscunque ergo articulos fiduci nobis obtrudere volunt Pontifici, qui neque expressis verbis, neque per bonam consequentiam in V. & N. T. extant, illis repudium meritum mittamus. Nec est, quod nobis ogganniant ita argumentando: Quicquid Scriptura Sacra non dicit, illud non est articulus fiduci: Scripturam Sacram esse Scripturam Sacram, Scriptura non dicit, E. Sed respondet cum Praeceptore Dn. Dörschbeo part. 2. Theol. Zach. diff. i. p. 55. Minor vacillat. Dicit namq. 1. tanquam unica fidei post Deum largitrix, quæ credendi principiò credendorum creatur. 2. tanquam summum testimonium nunc colitus à Deo constitutum, quo non dicente, fallibiliter dicunt omnia. 3. tanquam efficacissimum verbum, fiduci collativum & certitudinis sua certissimum persuasorum. 4. Tanquam principium à divino lumine ordinatum. Et reipè non semel sine illo alio principio aut motivo additio ita dixit, ut efficerit dictis assensu immutabilem, fiduciam incomparabilem, & ad ipsum Dictatorem Spirituum S. perinxerit Conf. superiora.

§. 2. Veteris T. speciale Objectum est lex moralis, Iudeorum, ceremonialis & forensis, ita tamen, ut sub istis ceremonialium & forensium umbribus, ac quasi lineamentis præfiguraretur futurus Messias cum suis beneficiis. Novi vero Objectum est Evangelium, ac lex tum istud nuncium de exhibito Messia, & N. T. Ecclesia superstruxa est super fundamentum Apostolorum ac Prophetatum; etr. dñi 2000 a. 108 a. 1108 Christi existente summo angulari lapide, ipso Iesu Christo Eph. 2, 2d. Paulus prædicat Christum crucifixum, Iudeis quidem offenditulum. Gratiis vero stultitiam, 1. Cor. 1, 23. Et 1. Cor. 2, 2. Judicavit ne quisquam scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Ita tamen judicavit, ut lex maneat pedagogus noster ad Christum, Gal. 3, 24. qui scilicet desperantem de via legali sollicitat ad quandam aliam in Evangelio propositam. Hic vero Pontificii hallucinantur, qui ipsam quidem legem; sed emendatiorem & plenioriem pro Objec-

DE VETERIS ET NOVI

Objecto N.T. venditare non dubitant: Et *Grotius in 1. cap. Matth. sub voce Evangelii* non promissiones, sed doctrinam legis novam auctiorem intelligere non erubescit. Confer cap. 3. superius.

S. 3. Hæc Veteris & Novi Testamenti Objecta in nulla Bibliorum versione adeò sunt corrupta, ut non inde sufficienter hauriri possit, quod ad fidem salvificam satis sit. Vigilante enim divina prouidentia in vertendo & evertendo, Interpretum detestanda mentes ac manus ita sunt compresæ & repressæ, ut veri ac absolutè necessarii fidei articuli in aliquibus locis intacti manserint, quamquam in interpretum ingenio alius sensus fuerit. Quid? quod in ipso Photinianorum, depravato alias N.T., tantum adhuc sit reperiri, quantum confirmet fidem. Spiritus enim Sanctus per Evangelium efficaciter operatur etiam tunc, quando non omnia purum, sed assumentis humanis fœdatum proponitur. Id quod ex *Phil. 1. 18.* probat Theologorum nostratum Coriphæus, *Mentzerus in Exeg. Augusti Confess. Art. 8. pag. 399.* Quis scit, in quam ille juvenis, qui in aula Amurathis Turcici vixit, versionem inciderit, quæ illum commovit ad Christianam fidem, quam martyrio dein confirmavit? *Samenezius Patricius Venetus in Ottomanno de rebus Turcicis c. 104?* Quis scit, quem librum Iudeus apud Toletum in media sacra cavaitate ampliandæ vineæ causa fodiens, repererit, quo perfetto cui universa stirpe è S. fonte renatus est? *Bzor. 13. Annal. ad Ann. Christi 1231. n. 9.*

S. 4. Materia in qua, sunt libri, papyrus, membranae, cortices, cerae, & omne illud, in quod V. & N. T. scriptum. Laborat hic maxime *Coslerus in Enchiridio de Verbo DEI c. 1.* ut verbum scriptum eludat. Non enim ad maiestatem Scripturæ pertinere afferit, mysteria per atramentum divulgari, & pro se adducit 2. *Cor. 3. 3.* *Efis Epistola Christi, subministrata à nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viventia: Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis.* Committit enim fallaciam πάρα τὴν τὸ ἐλέγχος ἀγνοιαν. Non enim dicit Apostolus, quod nihil scriptum sit ἐν μέλαινι, cum hæc ipsa Epistola ἐν μέλαινι scribatur, sed quod Corinthii ita ad ejus doctrinam animadverterint, ut ipse suam doctrinam in eorum corda quasi scriperit.

S. 5. Materia ex qua, sunt omnes libri, ex quibus Vetus & Novum

TESTAMENTI NATURA.

vum Testamentum aggregatur. Et quidem in Veteri Testamento sunt isti, qui Hebræo idiomate in canone Judæorum leguntur. A quibus non tantum librum Sapientiæ, Ecclesiasticum, Tobiam, Judith, Baruch, &c. excludimus, quorum quædam in Hebræo & Chaldaeo idiomate primitus extitisse refert Schickard. in Recbin. Happ. p. 43. Sed & librum Enoch, licet in Epistola Iuda v. 14. allegetur, & Fragmenta quædam apud Tertull. de Idololatria de habitu muliebri & libro de cultu fœminarum compareant, & apud Joseph. Scalig. in not. Ench. p. 244. & de Emendatione temporum inveniantur: Subiectæ tamen fidei hæc esse, Hieronymus in Catalogo script. Eccl. (qui tomo 1. eius continetur) p. 265. & Augustinus l. 15. de Civ. D. c. 23. s. 5. p. m. 852. & l. 18. de Civitate Dei c. 28. p. 1099. testatur. Et posito (adhuc enim certatur) an Prophætia ista fuerit realis, an verò verbalis,) hunc librum in Ecclesia Judaica fuisse probatissimum, potuit tamen devenir in manus hereticorum, atque ita corrumpi, ut ab Ecclesia posterâ de numero sacrorum librorum rejeceretur. Vide omnino hac de re singularem librum Jani Druſii, & disp. inaug. Dorſebi de Prophetia Enoch. ex Epistola Iuda v. 14. 15. Cum Hilario ergo in Psal. 132. dicimus: *Quæ libro legi non continentur, ne noſſe quidem debemus.* Nec admittimus libros, quos Abrahamum scripſile affirmat Mahometes in Alcorano, & quidam Hebræorum Magistri, & quos in quodam Græcorum canone citari afferit Tholosan. l. 12. c. 5. n. 4. In Novo verò Testamento omnes recipimus, etiam ἀντιλεγομένοις. Hanc enim contradictionem non fuisse Ecclesiæ universalis, & etiam postmodum expirasse, ex Gerardo didicimus.

§. 6. Nec refert, quod B. Lutherus olim stramini excusso contulerit Epistolam Jacobi, comparative enim dixit, respectu Epistarum, quæ ad Romanos, aut alios conscriptæ. Quis enim non intelligit, Epistolam ad Romanos esse succulentiorē Epistola Jacobi, quæ tamen etiam non adeò est arida, ut nihil prorsus succulentī suppeditet. Quid? quod stramen, licet grana excussa sint, vim quādam habeat nutriendi, quemadmodum id non raro fit, ut depasto foeno rustici vaccas stramine alant. Quando verò Pontifici apocrypha scripta pro canonicis habere non verentur, sit id præsertim propter præsidia, quæ exinde rapiunt pro stabiliendis dogmatis.

F

Quem-



DE VETERIS ET NOVI

Quemadmodum id præclarissimè ad oculum demonstravit Vir longè celeberrimus *Johannes Rainoldus* in censura librorum *Apocryph.* in qua doctrinam Ecclesiæ Romanae ad fundamenta librorum apocryphorum applicat, cuius scripti occasio hæc erat: Vixit cum illo & tempore in Anglia *Gwilhelmus Whitakerus*, quo Cardinalis Bellarminus Romæ suos libros controversialium edidit. Exin orta est æmulatio inter Rainoldum & Whitakerum, quis omnium primus refutare posset Bellarmini libros. Rainoldus, quamquam non indotior Whitakero, cessit certamini, ob enervatam corporis valetudinem, quæ celarem calamitatum facile impediret. Hinc Whitakerus magna certe cum invidia Bellarminis; pari tempore & paribus mensibus (non enim plus temporis refutationi impedit,) facile & feliciter difficilem & minus felicem ejus operam destruere & evertere orsus est. Rainoldus interea peculiarem illam operam, qua de modò diximus, suscepit, & pene absolvisse, nisi morte præventus, ultimam manum imponere impeditus fuisset. Attamen hic liber in nobili Oppenheimio Anno 1611. publici juris factus est.

§. 7. Dum vero Bellarmin. l. 2 de Concil. c. 12. §. Dico secundo, & reliqui Pontifici pro defensione Concilii Tridentini, nobis objicientes Augustinum & Concilium Carthaginense, indiscriminatim omnes V. T. libros nominant canonicos: Omessa ista responsione, (quod unius Patris testimonium, præsentim si alios contradicentes habet, & Concilium particolare, uti est Carthaginense, quod quidem fertur Canonibus Synodi Trullanæ (quæ tamen etiam dubia fidei) esse confirmatum, nos non obliget,) Dicimus, Augustino & Concilio Carthaginensi hoc fuisse *canonicum*, quod non est plane *rejecendum*, tanquam fabulosum, sed quod in Ecclesia legitur ac legi potest ad morum adiunctionem, et si cum reliquis vere canonicis non habeat parem autoritatem. Vide *Gerhard.* tom. I. LL. CC. p. 10. 11. 12. & *confessus Rainoldi* in Cens. libr. Apocr. Tom. I. Prel. 27. p. 233. & seq.

CAP. IX.

DE FORMA INTERNA.

Forma interna est Geōπνευσις. Huic nil derogant ut-

timi

TESTAMENTI NATURA.

timi octo versiculi in Deuteronomio; Et humilis stylus. In Bibliis triplices Rhetorum characteres. Angelica Luc. i, 3. quid? Sixti Senensis judicium de stylo Ezechielis & Jeremiae taxatur. Marcius Luca Evangelia an ratione originis; an saltem approbationis Apostolice, sint divina? Quomodo Evangelista unum Prophetam pro altero allegent, eorumque sententias in alienum citent sensum? Exemplum Matth. 27, 9. Matt. 8, 17. Salutationes & resp private quomodo divina. An Theophrastus, inscriptione, nova opus habuerint representatione.

S. i. Causa formalis interna Scriptorum divinorum, qua Divina sunt, est illa Theophrastus, Give inspiratio divina, qua sola isti libri ab omnibus aliis secernuntur. Et quia Vetus & Novum Testamentum est totum, quod partibus constat similaribus, hoc etiam, affirmandum erit de omnibus libris ejusque partibus. Ita nec in dubium vocandi sunt ultimi octo versiculi in Deuteronomio, qui mortem Mosis ejusque consequentis describunt. Erenim vel Moses mox moriturus seipsum in sacris voluminibus mortuum scripsit, ne proper excellentes virtutes Judaei cum raptum praedicarent, uti Josephus autor est; Vel (quod Six. Sen. lib. I. Bibl. S. p. 9. probabilis videtur,) Mosis famulus, Joshua, & ipse Theophrastus, mortem eius adjectit. Ita nec quicquam derogat divinitati humili serpens stylus Amoz, quasi Spiritui S. doctissimo linguarum Magistro, haud conveniret. Ipse enim delectatus est pastorali simplicitate & Amoz Pastoris ingenio, quod accommodavit ad res suas sublimes, ita ut stylum ejus moderaretur, & pro sapientia sua gubernaret. Sic stylus variationem secundum triplices Rhetorum characteres in sacris voluminibus manifesto deprehendimus. Exemplum: Si conferamus Esaiam cum Jeremia, Ezechiele, & aliis Prophetis, observabit admirabundus Lector, Spiritum S. stylum cuiusque proprium reliquiss, non ut libera motione isto uterentur; Sed quod ipse illum

DE VETERIS ET NOVI

regeret. Esaiae, quia in aula sub pluribus regibus fuit versatus, & eloquentiam didicit, reliquit sermonis genus grande, sublime & maiestatis plenum: Relique contra humile & simplex. Sic etiam observare licet apud Evangelistas, alias est stylus Lucæ, alias Johannis, alias alius.

§. 2. Et quando Lucas in Evangelio suo cap. 1, 3. promittit angelum, non innuit naturalem industriam in scribendo: sed quod eius Beavillam suggesterit & direxerit Spiritus S. Quando ergo dicitur, immediate, Spiritus S. afflatus, scripsisse sanctos Dei homines, id non opponitur omni concursui, sed omni causa extraneæ. Ideoq; non dubitavit Melanchthon Davidis Psalmos conferre cum genere dicendi Attico; Lutherus Esaiae stylum Ciceroni: Et sic deinceps. Nec tamen eo deveniendum cum Sixt. Senens. Bibl. S. l. 1 pag. 15. 16. qui censeret Jeremias sermonem incultum esse & pene subrusticum. Ezechielis vero stylum, nec satis disertum, nec admodum rusticum esse, sed ex utroq; temperatum. Qui enim divina, rebus vulgaribus ob oculum posita, stylo his convenienti prosequitur, atque ita stylum rebus temperat: Rhetorum obliterat præceptum, ut verba respondeant rebus. Ita non vitio vertitur Plauto, & omne Rhetorum fert punctum; Quando vernas non verborum togis, sed tunicis inducit. Ego sane nec Jeremias facilem ac sponte fluentem, nec Ezechieli gravem, & mysteriosam illa condignam eloquentiam satis venerari me posse proficeor, & vehementer illud S. Augustini, IV. de doctr. Christ. c. VI. approbo judicium; ubi eos intelligo, non solum nibil eis sapientius, verum etiam nihil eloquentius mibi videri potest: & audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere, NON EOS ALITER LOQUI DEBILISSE; Ubi vero eos non intelligo, minus quidem mibi appetet eorum eloquentia, sed eam tamen non dubito esse talēm, qualis est, ubi intelligo. Quæ verba ex Calvii Comment. in Augustinianam Confessiones vls. Tom. I. pag. 315. mea feci.

§. 3. Disputatur hic cum Pontificiis, qui Marci & Lucæ scripta non ratione originis, sed approbationis Apostolicae ad tantam divinitatis dignitatem elevata esse assertunt: Obtendentes Marcum in compendium contraxisse Matthæum, quæ (ut ita dicam) epitoma io prudenter historica perfici potuerit. Marcum etiam suum Evangelie-

TESTAMENTI NATURA.

angelium obtulisse Petro, quod dubio procul non fecisset, si sibi de immediata inspiratione constitisset. *Lucam* verò *cap. i. v. i.* se collocale in ordinem πολλῶν, non virorum divina revelatione instrutorum; Tum enim temporis vix ullum librum præter Evangelium Matthæi extitisse. *Lucam* (ut ipse fateretur *v. 2. c. 1.*) scripsisse κατὰ παγάδος, non εἰλαμψίν, & quæ sunt similia, quæ contra horum autorum divinitatem nobisobjiciunt. Sed ad hæc, quæ superius in genere diximus, hæc ad singula singulatim reponimus. Negamus Marcum fuisse tantum epitomatorem Matthæi. Multa enim habet, quæ in Matthæo non offenduntur. Exemplo sit Historia de Jairo, *Matth. 9, 18. Mare. 5, 21.* quæ illustrioribus circumstantiis ab hoc describitur. Deinde posito, Marcum suum Evangelium obtulisse Petro, non tamen sequitur ex immediata Sp. S. inspiratione non scripsiſſe. Non enim absurdum Spiritum Propheticum Prophetis subjici, maximè cum Marcus non in Apostolico, sed in inferiori fuerit collegio. *Lucam* quod attinet, ille non per πολλὰς (ut Pontifici vo-lunt) intelligit falsos scriptores, qui Evangelium Barnabæ, Thomæ, & alia supposita sparserunt; sed veros, qui historias Christi & miracula collegerunt; Παγάδος verò, non tanquam exemplum scriptoris Lucæ allegatur; sed tanquam occasio, ut accuratius & diligentius traderet.

§. 4. Præterea quando Evangelistæ vel unum Prophetam pro altero allegant: vel Prophetarum sententias in alienum citant sensum: Non blaterandum cum Porphyrio, coactus id factum esse, aut cum Erasmo, Evangeliam verba Prophetarum ad scopum suum applicasse ignoranter. Ad exempla descendere licet, quando *Matthews* *c. 27, 9.* verba, quæ videntur desumpta ex *Zachar. 11, 12.* citat sub nomine Jeremiæ: Non statim ignorarius aut oscitantæ insimulandus est. Potuit enim fieri, quod, vel à librauro hoc insertum fuerit nomen, & ex margine (ubi scriptum abbreviatè, ζει. i. e. ζαχαρία, & lectum οὐ hoc est Ιησοῦς) irreperit in contextum, quemadmodum id deducit *Gloss. Philol. S. 1. 1. tractat. 2. p. 221. 222. 223.* & in eam eunt sententiam *Jans. & Maldon. ad cap. 27. Matt. b. Suarez. t. 2. disput. 39. in. 3. Thom.* Vel hoc oraculum primo à Jeremiæ dictum, ac memoria hominum conservatum, à Zacharia reassumptum, & literis mandatum

DE VETERIS ET NOVI

cum fuerit , uti Hugo Grotius in b. l. sentit : vel Evangelistæ divinae
providence unius Prophetæ nomen pro alio occurrit , ad innu-
endum , uno eodemque Spiritu Prophetas impulsos fuisse ; sicuti
hanc fovet sententiam Auguſt. l. 3. d. Conf. Evang. c. 8. i. 4. p. 486. ex quo
quædam defumpit Glossa ordinar. Vel hoc testimonium ex Jer. 32. &
Zach. ii. coaluerit , & unius tantum nobis nomen posuerit Evangelista ;
uti hanc opinionem Sanctius in Comm. Zach. c. ii. fuisus demonstrat ,
ex quo Glassius suis interuit lib. i. Tract. 2. p. m. 224. seqq. Elige ergo
responsionem , quam velis , non errabis .

§. 5. Quod inconcinnæ Evangelistæ Prophetarum dicta lau-
dent , exemplo esse volunt , Matth. 8. 17. Ubi que Esaias cap. 53. 4. dixit
de morbis spiritualibus , Matthæus ad corporales applicat. Verum ,
enimvero Matthæus istum locum rectè adducit . Ex uno enim ana-
logorum , alterum concludere fas est . Sunt autem morbi corporis
analogia morbis animi & eadem tolluntur potestate . Itaque Mat-
thæus dicit impleri , quod de portatione spiritualium infirmatum .
Esaias refert , cum in opere prædicationis Christus occupatus ad-
jungit sanacionem corporalem , & sic docet ipsam etiam spiritua-
lem sanacionem in actu esse , & jam instare tempus , quo Messias
morbos spirituales in se sit receperurus . Agit hac de re Dominus
Dorschetus in part. i. Th. Zach. e. g. §. 285. seqq.

§. 6. Salutationes & res privatas , quod concernit , quas Apo-
stoli subneclunt . Non dicendum Spiritus S. delinquunt passos esse :
Etsi enim haec res non pertineant necessario ad libros divinos , pla-
cuit tamen Spiritui Sancto ista adjici codicis sacro : sed gubernavit
tamen eorum mentes atque manus , ne indecorum aliquid & maje-
stati sacræ contrarium adderent . Non abs re etiam h. l. queritur :
An Ἰωάννενοι in his conscribendis , quæ oculis viderunt , & apri-
bus percepérunt , novo opus habuerint afflati Spiritus Sancti ? Ad
quæ responsio in promptu : Non quidem opus fuisse nova proposi-
tione & representatione : sed tamen confirmatione , & in scribendo
gubernatione , ne aliquid adjiceretur , quod detraheret Sacris literis
debitam sanctitatem . De subscriptionibus hic etiam esset aegen-
dum , sed de his cap. 6. §. 5. aliquid dixisse , meminimus , ad quod Le-
garem alegamus .

CAP:

TESTAMENTI NATURA.

CAPUT X.

DE FORMA EXTERNA, SIVE
LINGVA ET STYLO,

Vetus Testamentum exceptis paucis particulis Hebraicè scriptum. Syriaca lingua non est antiquissima. Primæva nec omnium linguarum vocabula continebat, nec in γλωσσῃ χριστοῦ definebat: nec erat Cimbrica, que maximè cognata a Hebreæ. Lingue mutabiles; videmus id in Germanicâ & Hebraicâ linguâ. V.T. videtur intermixta habere vocabula quedam, quæ postea Chaldaica, Arabica, Ægyptiaca, Persica & Græca facta sunt: Non vero Latina; Quomodo hoc intelligendum. Evangelium Matthei Hebraicè scriptum esse lubricum est fundamentum in Papiâ. Baronii & Bellarmini de hoc opiniones. Rationes cur non Hebraicè scriptum. Marci Evangelium non Latinè scriptum. Epistola ad Hebreos an originaliter Hebraicè scripta? An Novum Testamentum linguâ Hellenistica conscriptum? Ubi aliquid Salmasio, aliquid Heinsoñandum esse existimamus. Pfochenij de hoc opinio excutitur. An Novum Testamentum barbarismis & sacerdotalibus scateat?

S. I. Linguis distingvuntur V. & N. T. quod illud Hebreo. Hoc Græco sit idiomate conscriptum, & quamvis quedam Arabicæ in Jobo, præsertim in amicorum colloquiis occurrant, & particula illa Jeremie c. 10, 11. Esdra cap. 4 v. 8. usq; ad versum 10. cap. 6. & vicissim cap. 7 v. 10. usq; ad v. 27. & Danielis 7 v. 4 v. 7. usq; ad cap. 8. exclusive, Chaldaicè sit scriptum. A potiori tamen sit denominationis, ita ut merito

DE VETERIS ET NOVI

merito à Justin. Apol. 2. pro Christianis p. 56. *Hebreæ lingua vocetur Prophætica*: Cur verò hac, & non aliâ ὡντανσοφᾳ Scripturæ autor exarare voluit V. T. causæ suppetunt plurimæ; Hac nimurum lingua DEUS locutus: His literis, proprio digito, in tabulas lapideas scripsit legem. Hac locutus populus, ad quem maxime spectabat V. T. Hac etiam vernacula Θεοντεύσοις. Hac etiam omnium linguarum mater, & sola initio visa humana locutio. Non enim hic audiendi, qui Aramicam, sive Syro-Chaldaicam lingua in regnum antiquitatis primæva solium collocant, inter quos est *Theodoreetus quest. 59. in Gen.*, & hanc opinionem pluribus, sed fculneis argumentis in *Præf. at. sue Grammat. Syro-Chaldaica defendere conatur Joh. Caspar Miriceus*: quem felicissime profligavit *M. Mayer. Part. 1. Philol. Sacr. c. 1. & Part. 2. c. 3.*

§ 2. Fallit etiam *Philastrius Brixiensis Episcopus, in catalogo heres. c. 106.* qui verba *Genes. 11. 1.* Erat autem terra labii unius, &c. explicat non de eodem vocabulorum usu, sed de uno mentis concepiū & sensuum intelligentia. Ita ut primæva lingua ex multis synonymis constitisset, quæ postmodum in γλωττούγχοται divisa diversas efficerent linguis, ipseque Adam, si quis loqueretur, omnes intellicheret, cum omnia vocabula imposuerit. Cui sententia applaudit præ cæteris *Nicol. de Cusa in compend. c. 3. & Augustinus Torniel in Annalib. sacris & profanis ad Ann. Mundi 1931.* Refutavit vero *Alphons. de Castro l. 9. adversus Hares.* Nec fides adhibenda *Philippo Cluverio in Germ. Antiqua l. 1. p. 4.* afferenti, primævam linguan nusquam gentium nunc extare, sed iterum fore in vita æterna; Ex *Hugonis enim Grotii de Antiquitate Reipubl. Batav. p. m. 121.* & passim in illo libro didicimus, multa ex ingenio suo nimis quam confidenti resingere atq; legeremus, ut si cui ridicularia placent, adeat ejus Germaniam Antiquam. Præterea ἀπόπον αἰτοτότατον videtur, Cimbricam seu Germanicam antiquam linguam, que in Belgio & inferiore Germania usitata, statuere antiquissimam, & Adamo in Paradiſo vernaculam, sicuti apud doctos plerumque vapulat *Johannes Goropius Becanus*, qui forte hoc Cuti Nobilissim. *Dn. Harsdorf in Specimine Philolog. German. Disquisitione 2. p. 23.* conicit, non ex animi sententia sed ad excitanda in studio Philologie Germanie ingenia, (veluti *Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum*) propugnare voluit.

§ 3.

TESTAMENTI NATURA.

§. 3. Nec tamen neganda est maxima Hebrææ atque Germanicæ linguae cognatio, quæ consistit tum in vocabulorum convenientia, tum intima utriusque Grammatica conformitate, quam in litteris, nominibus, verbis, præfixis, suffixis, servilibus & constructione ostendit jam laudatus Dominus Harsdorf. Disquisitione 7. Phil. German. & conjecturas haud contemnendas profert Disquisitione 3. p. 42. & 43. Hec divisio orbis terrarum facta est statim post diluvium cum enim regio non poterat sufficere rot generationibus, multas familias capere; structura autem Babylonica accidit tempore Heber, quæ fuit quintua in linea descendente à Noa, cum jam omnes supra dicti quatuor Generationes ex posteris Japheti, in hereditariam portionem, nimis rurum insulas Aquilonares concesserant. Si igitur Noachus (inquit Goropius Beccanus Idosy bic. f. 534) eam fecit inter tres filios partitionem, ut Asiam ad Orientem & Meridiem & Occidentem Sem, Africam Cham, Europam & Septentrionis latera Japheth haberet: quæ fuisse Japheti & Gomari insania, extra eas sedes commigrare, quas à Noâ sibi habebant deputatas. Suffragia petit ex patricio Sibylle à Jospho c. 6. citato, ex Eusebio & Hieronymo.

§. 4. Hebræam ergo linguam, sive puram, sive corruptam in Germaniam adportarunt, quæ tot seculorum decursu magis atque magis populorum aliorum mutuo commercio aliisque symptomatis mutata. Nil enim tam volubile & variabile, quam lingua. Quis quæso Romanorum liteos libros & annales Pontificum intelligebat? Quis Germanorum percipiat paraphrasin Wilterami Abbatis in *ancita cantorum*, ante quingentos & quod excurrit annos scriptam? Non ulterius recurrat ad Caroli M. tempora. Certe si quis legit Federici Ludovici Germanizæ, & Caroli Galliæ Regum, Caroli M. nepotum apud Argentoratum Anno 842. i&ti formulas, æque ac Japonensis linguam intelliget, nisi sit sedulus antiquitatum Germanicarum indagator. A qua mutatione nec genuinæ & certiores Hebrææ linguae filiæ fuerunt immunes. Videmus hoc in Ægyptiaca & aliis orientalibus, quæ immane quantum nunc discrepant: primis vero, post Babyloniam confusionem, temporibus affinitatem cum Hebræa retinuerunt. Patet hoc ex eo, quod Abraham in Chaldæa, Ægypto, & Chanaam, sine interprete sic locutus, & alios intellexerit,

DE VETERIS ET NOVI

Gen. ii. Quod acervum testimonii aliter Laban patria lingua appellaverit, aliter Jacob; uterque tamen alterum intellexerit: Quod Filii Laban imposuerunt filiis nomina Hebraica, eum in ipsa adhuc Syria essent, Gen. 31. Sed de his Criticis, alio die pronunciemus, ut Augurum habet formula. Nec sunt hujus loci.

§. 5. Antiquissima ergo hæc lingua Hebræa scriptum est V. Instrumentum, quod quidem purissime fluit in comparatione ad reliqua scripta, mixta tamen habet vocabula quædam, quæ hodie audiunt Arabica, Ægyptiaca & Persica. Sic Psalm. 2, 12. בְּרֵא Chaldaicum pro בְּרֵא Hebreo legimus: Sic vocabulorum significations ex Chaldaico felicius deduces, ut שָׁמֶן a שָׁמֶן servivit. Sic אֱלֹהִים non nulli critici non sine ratione ex Arabicо derivant, maximè quia apud Arabes in crebro sit usus אלהּ אֱלֹהִים & cum אֱלֹהִים articulo emphatico נָאֱלֹהִים, quod idem quam Hebraum נָאֱלֹהִים. Nomen enim Turcarum אֱלֹהִים Allah magnum, quo clamore hostem aggrediuntur ingeminantes Allah, allah, allabana, i.e. Hic Deus, hic verus Deus (est) Deus noster. Quid? Quod Aben-Esm non dubitet in Comment. ad Cant. Salom. assertore omnem vocem, qua in lingua sacrâ non habet socium auctoritatem, ut loquuntur; h.e. qua semel tantum occurrit, ex conuentu Arabici sermonis, ob magnam harum linguarum affinitatem exponendam esse. Sic Genes. 41, 45. vocabula פָּעַבְנָא בְּנָעַבְנָא quiibus Pharaon insignire voluit Josephum, esse Ægyptiaca, constans fermo est sententia hujus linguae peritorum. An vero אֱלֹהִים Gen. 41, 42 eo etiam referendum (quod Mercero videtur vox gratulantium & boni omnis causa proclaimantium, ut hodie apud Italos solennem invita), adhuc est in dubio. Alia occurunt, ut תְּזַבְּחָנָא Exod. 13, 16. frontalia & alia. בְּרֵא Persice dictum esse Rabbi Salomon agnoscit in Comm. ad c. 1. Esd. inquiens: הַרְתָּמִים שְׁלֹטוּנִים בְּלֹשֶׁן פְּרָסָה hoc est, Parthemim sunt dominatores in lingua Persica. Ad Graciam, verò originem, si quis דְּרָכְמָא, i.e. drachmas, drachmæ, (id est, Darii aureos, ut quidam conjectunt,) סְמִינָא &c. refert, dicam ei non scribimus. Tempore enim Esdræ & Nehemias res Græcorum notissimæ fuerunt, & eorum Monarchia potuit quod-

TESTAMENTI NATURA.

quoddam tacitum regnum in quedam vocabula Iudaicis immiscenda exercere. Hoc tamen ex Mercero certiores facti, Græcam linguam sèpius Rabbinis esse asylum ignorantia, voces scilicet vernaculae earumque originationes non percipientibus. Sed Latina verba in codice sacro occurrere negamus. Atque *Synop. 3, 18.* quod B. Hieronym. ad Latin. *nugas* refert, à R. ~~תְּלִיל~~ in Hiphil ~~תְּלִיל~~ descendere statuimus.

§. 6. Cæterum, quando quædam vocabula in Codice sacro obvia ex aliis linguis explicamus, non eo trahere volumus, ac quasi mater à filiis, Hebræa ab aliis nascatur; sed quod vel radices quædam in sancta hac lingua desierint esse in usu, in filiis autem adhuc remanerent: vel quod quædam à filiis mutuata, ipsa in usum suum transtulerit. Chaldaea enim propriè loquendo non est Dialectus Hebræa, quemadmodum id probat *Mayer. Philol. S. Part. i. c. i.* Ergò etiam habet proprias radices. Id quod multo magis Ismaelitica sive Arabica sìisque pronunciandum, quæ magis ab Hebræo recedunt idiomate.

§. 7. De cætero quia, teste *Cicer. pro Archia: Græca legebantur in omnibus populis*, N. etiam T. hac lingua est conscriptum. Quod enim Evangelium Matthæi Hebraicè primum scriptum fuisse afferant *Iren. l. 3. c. i. apud Euseb. l. 5. Hist. Eccl. c. 8. Athanasius in Synopse p. m. 141. Eusebius l. 3. Hist. Eccl. c. 24. Hieron. t. 1. in Catal. Script. Ecclesi. p. 263. t. 2. l. 3. adversus Pelagian. p. 297.* & in Proœm. *commenr. in Matt.* Hi non rationibus, sed auctoritate istius Papiae inducti fecerunt: Quem pro Iohannis Evangelistæ discipulo sunt venerati. Cum tamen, teste Eusebio, homo ille non magni admodum judicii, discipulus fuerit Iohannis Senioris; Quemadmodum in *Proœm. suorum librorum apud Eusebium* ipse innuit, Iohannis Senioris & Aristionis auditorem fuisse: Et ab illis, qui lectatores Apostolorum fuerant, ea, qua fidei sunt, accepisse; Hoc non obstante *Cesar Baronius* non dubitat Ebraicum anteferre Græco, atque haud obscure Græcum textum nullius esse fidei affirmat, nisi cum Hebræo originali conferatur, quando inquit: *Dico quod Græcus textus, cuius fidei sit, nisi collato cum Ebræo originali affirmare minime possumus.* Alter vero *Cardinalis Belarminus b. 2. de Verbo Dei c. 4. §. de Testamento*, melioreni adhuc fovet

DE VETERIS ET NOVI

sententiam. Etenim quamvis eorum opinionem valde probabilem esse judicet, qui *Evangelium Matthei Syriaca lingua scriptum* volunt, eamq; ab Alberto Widmanstadio, Ferdinandi per. Cancellario, (qui primus Testamentum Novum Syriacum edi curavit) & Gvidone Fa-britio (cujus extat Latina interpretatio N. T. Syriaci in Regiiis Bi-bliis) efficacissimis argumentis probatam dicat: tamen fatetur: ita rece-pitam esse Græcam translationem ab Ecclesia, ac si ea lingua primum scriptum fuisset *Matthei Evangelium c.7. §.* Porro. Fallitur autem in eo quod Comagenae seu Syriaco-Antiochena Dialecto, qui hodie totius Novi Testamenti paraphrasis extat, scripsisse Matthæum autem, cum tamen cum temporis Judæis familiaris fuerit idiotismus His-rolymitanus, ab Antiocheno immane quantum discrepans.

§. 8. Sed non mihi sit verisimile (ait Ernstus in cap. 8. Matri. p. 37.) *Mattheum Hebraicè scripsisse*, cum nemo testetur se vidisse ullum illius He-braci voluminis vestigium, siquidem illud, quod Nazaræorum vocant, nec Hebraicè scriptum, testatur Hieronymus, sed Chaldaicè, formulis duntaxat Hebraicis, inter apocrypha censetur. Præterea si Ebraicè vel Syriacè scripsisset Matthæus, quid opus fuisset interpretatione Matt. 1,23.c.27,33. & 46. Nec est quod regerat *Maldonatus*, in eo *Evangelio*, quod num babetur Ebraicè, non addi eorum nominum interpretationem: Quippe quod seipsum prodat nihil minus esse, quam genuinum Matthæi scriptum. Arguit enim, Kirstenio judicante, authorem Hebraicæ Grammaticæ prorsus ignatum. Vide *Bellar. d. I.* qui & Munsteri & Tilii editionem rejicit. Deinde manemus in possessione tot seculorum, donec evidenteribus argumentis probetur contrarium. Confer si libet *Casaubon. Exerc. 15. ad Ann. Eccles. Barom. cap. 12. p. 388. Edit. Londin. & Exercit. 16. c. 15. p. 678. Osiandr. Cent. 1. Epit. Histor. Eccles. 1.2.c. 31. pag. 49. Gerb. Exeg. p. 254. atq; alios.*

§. 9. Marci Evangelium originaliter in latina lingua (fortasse in gratiam Venetorum, qui jaçtant hoc apud se asservari) exaratum esse contendit *Baronius ad Ann. 45. n. 41.* Sed posito Ædem Marci custodiore *Evangelium Marci*, negligenter certò & invidiæ accusandus erit male fidus Pastor Ecclesiæ, quod describi non curet, sed è contrario obtrudat Ecclesiæ, Concilio Tridentino vulgatam, versionem. Melius enim sic consuluisset Ecclesiæ.

§. 10. E-

TESTAMENTI NATURA.

§. 10. Epistolam ad Hebraeos quod attinet, sicut Clemens Alexandrinus, Origene, Eusebius, Hieronymus, Theodoreetus, & plerique Patres afferant, Ebraice primum scriptam esse: Magis tamen conjecturis, quam probationibus indulgent, & quicquid Sextus Sen. l. 7. Bibl. S. heresi p. 764. ogganniat, tamen non desunt e veteribus, qui potius de exercitorum Graecè conscriptum confitentur. Maneamus ergo in possessione antiquissima, & quia sumus in possessione, non possumus cogi ad cessionem. Expectamus ergo evidentes rationes à Pontificiis, atque tunc demum vietas porrigitur manus.

§. 11. Constat ergo ni fallor) totum Novum Testamentum Graecis literis esse conscriptum: ita tamen (quemadmodum docti observarunt) ut majorem cum Hebreo V. T. genio amicitiam collat, quam cum omni cætera Graecitate. Hinc primus in hac re a multis Dan. Heinssus in Exercit. ad Nonnum; item in Prolegomenis ad Ariobarachum ferè sub siue (quoniam & Erasmus olim jam in ea sententia fuerit, ut ex dedicatione Paraphraseos in Epist. ad Rom. in principio liquet: In Greco, inquit, sermone locutus est Apostolus, ut à merè Graecis non queat intelligi, ob passim admixtam Hebrei sermonis proprietatem) novum imposuit nomen, hunc stylum vocans lingua Hellenisticam. Sextus ab Amama AntiB. B. i. u. s. p. 14. indigitat Hebreo-Graecam. Huic sententiae opposuit Funus Hellenisticum satyricè admodum descriptum Cl. Salmasius, & Observationes in Novum Testamentum Iohannes Croius insigis, si quis, Heinsohnstix, adeoque cum traducens, quasi Latina verba non ritè construere didicerit. Vide hunc d. l. p. 49. Hic enim negat c. 31. proselytos (quos ἔλανης esse dicit,) novam constituisse Dialectum. Mitius verò & modestius contradicit Sebastianus Pfochenius in Diatribe de lingua Graeca Novi Testamenti puritate.

§. 12. Non autem defensionem vocabuli, linguae Hellenisticae seu Hebreo-Graecæ suscipere volumus, non ignorantes novum quendam orationis characterem, invitis & inassuetis saculi auribus plane novam linguae speciem obtrudere non posse, melius forte capturis, si Graecium biblicum, aut aliud tale nomen audirent. Interim, quia cuncta Graecia nullum habet simile dicendi genus, quoad indolem loquendi & contextus, peculiari etiam nomine à ceteris

DE VETERIS ET NOVI

ceteris diverso illud insigniri, non est absonum. Certum enim, stylum Novi Testamenti idiotismis lingvarum orientalium abundare, quem etiam requirebat utriusque Testamenti symphonia, novitatis declinatio, & facilior informatio. Unde Novum Testamentum in nullam linguam tam facile, & quasi de verbo ad verbum transferri potest, sicut in Hebream. Si vero hoc dicent alii : τὸ ἐλέχη λαμπάσεων. Volvant authores à Calovio tom. I. Comm. in Auguſtan. Confess. p. 453. &c in nostram pedibus ibunt ſententiam.

§. 13. Atqui dicat aliquis, hoc ad humilitatem & contemptum ſtyli ſacri pertinere. Ego contra cum Budæo, ob hanc ipsam cum Veteris Testamenti idiomatic participationem, Novum Testamentum singulari quadam dignitate gravitateque eminere judico. Cum ſua simplicitate omnem humana eloquentia majestatem ſupereret. Quando enim Patres ſtylum ſacrum vocant ſimplicem, non hoc volunt, quasi rudis ac ineptus, quasi inelegans & inornatus, quasi ab omnibus figuris ac ſchematibus oratoris alienus, ſed quod ſic minimè affectatus, ſincerus ac omnibus uitatus, quique cum reſ grandes & preclaras deſcribat, ad captiuum legentium ſe attempret. Julius Caſaris dictio (ſunt verba Clarissimi Bacleri in diſſertat. de lingua Novi Testamenti originali) nec Tulliano ſtumine exundat, nec Liviāna ubertate exſplendefit; nec Sallustiana ſeveritate emicat, nec in morem Taciti novitate magnificā autoritatem querit: ſed simplicitate ſua cenſeri amat; tamum tamen abeft, ut propter ea ullo ex predictis minor dicendus ſit Caſar orationis laude, ut pro comperto habeam, non minoris operis ingeñig, eſſe, ad ejus imitationem conformatum ſtylum, quam equare Livium, & ceteros, quos nominavimus.

§. 14. Neque tamen ſatisfecit Pfochenius, perceptatis Scriptorum profanorum, in primis Poëtarum (cum vel maximè debuiffet, adhibere oratorum ſive historicorum ſoluo ſermone ſcripta opera,) monumentis ſimiles phrases & verba parallelæ, præcipuis ſiccopedie præteritis, adducens: Meruit enim, aliàs aliquid decedere puritatì Novi Testamenti, cum tamen alia quæſtio: An lingua in Novo Testamento ſit purè Graeca: alia: an purè Helleniſtica? Etenim, dicitur traxw differentia ſe invicem phrases & totum dicendi genus. Non negamus, phrases eadem & verba occurrere in aliis scri-
ptoriis

TESTAMENTI NATURA.

ptoribus, sed hoc ipsis ad probandum incumbebat: An tota dictio-
nis indoles, faciesque styli, totumque orationis corpus conveniat
cum eâ Græcitate, quæ in profanis scriptiōnibus extat. Hoc pacto
Tacitus stylo à ceteris ita est distinctus, ut tum ratione vocum pe-
culiari indigeat Glossario, tum ratione contextū formaque à ceter-
is omnibus diversus estimari debeat: Interim similia interdum
deprehendes apud Sallustium, Plinius, Senecam & alios. At quia-
hriarius, ille solenni suo more & ex genio sui sermonis loquitur,
nemo tam hospes erit in criticis, qui dicere audeat, stylum Taciti
eundem esse cum stylo Salustii, Pliniorum, Senecæ, & ceterorum.
Sed nolo in his amplius immorari. Fuis ac felicius hanc mate-
riam tractavit Dominus Baclerus in jam citata Dissertatione. Cum
primis verò Dominus Dorschau in Lectureibus publicis de Scriptura Sa-
cra.

§.15. Non tamen eo deveniendum & ita concludendum: Sty-
lus Novi Testamenti constat vocibus & formulis apud quosdam
Græcos inuisitatis, & ex oriente petitis; E. Novum Testamentum
scatet barbarismis & solœcismus. Lubentes quidem fatemur, hanc
argumentandi rationem in aliorum scriptorum censura facilius
procedere, & scimus Diogenem Laertium in septimo Barbarismum
definire, quod sit ἐκ τῶν καπνῶν λέξις παρὰ τὸ ἔθνος τῶν εὐδαιμο-
νῶντων (sive ut Vossius legere mavult εὐδοκιμάντων) ἐλλήνων: Ex vixi
dictio prater consuetudinem felicium (probatorum) Gracorum. Solœci-
smum verò, quod sit λόγος ἀναλλογῆς συνέχαγμένος oratio incon-
gruè construita. Sed id ad divinū N.T. opus applicari posse, hoc est, de
quo valdè ambigitur. Seneca enim imbibimus Ep.95. circa init. Gram-
maticum non erubescere solœcismum, si sciens; erubescere, si nesciens fa-
ciat. Quis autem tam perficere esset frontis, ut Viros Spiritu Sancto
agitatos, id nescientes fecisse, audacter afferret? Utique omnium
Grammaticorum supercilium spernere potest gravissima illa ra-
tio, qua peregrinum domestico juri sociari coepit in dictione, ne
quid usquam peregrinum maneret in doctrinā. Ne scilicet novo di-
cendi genere novam doctrinam ingeri suspicarentur infirmi. Non
tamen id eo trahere volumus, quasi iusticias iremus, θεοπνεύσας di-
versos, (ut praecedenti capite insinuavimus) dicendi characteres
adhi-

DE VETERIS ET NOVI

adhibuisse: sed quod ista harmonica diversitas deprehenderetur ab uno Spiritu Sancto proficiisci; sicut in organo musico diversi soni, ab uno spiritu agitati in unam conspirant harmoniam.

§.16. Quapropter, quia religio est, divinos istos authores insimulare inscitiae, ac si quid ex ratione minus probabili citra artis rationisque convenientiam fecerint, proprie loquendo non sunt barbarismi, multo minus solocismi, sed potius figuris annumerandi cum Fabio Quintiliano lib.1.cap.9, qui diligenter consilium scribentis, & artem, & schemata ab errore, lapsu, & ruditate distinguit. Si enim propter quedam non ubivis obvia vocabula, & inusitatas Phrases, Barbarismos & Solocismos finges, totam Græciam Latinumque repleveris Barbarismis & Solocismis. Genuina autem significatio Barbarismi & Solocismi, vitium, ruditatem & ignorantiam involvit. Hinc etiam, quod prius Græcis βάρβαρος, veteribus Latinis, si A. Gel. l.13. c.16. auditus, rusticitas vocatur.

§.17. Patres quoq; attinet, qui hic in subsidium vocantur, imprimis Hieronymus. Respondemus cum Baetlero §.11. in Append. dicta. Dissertat: Evidem ejus viri eruditionem & eloquentiam pridem didici penari: sed audeo dicere, non legisse Hieronymum, qui non animadvertis eum fiducia eruditioris sapientia in periculosa assertiones probebit: atque in hoc ipso argumento, passum Doctissimum Patrem aliquid humani esse, non primus ego, sed cum magni viris, immo cum ratione ipsa fidenter existimo. Igitur hunc judicem declinare controvertentes suo quodam jure possunt. Decepit tanti Viri aucloritas Erasmus, ut eadem de stylo Apostolico judicia ferret: sed oposuerunt se ejus opinioni masculine & juste eximi Theologi: sicut notiu est, quam ut hic ostendi debeat. Et §. sequenti: Reliqui Patres plerique loquuntur pariter ex hypothesi calumniosa gentilium Sopistarum, quos redarguere in hac questione non semper opus aut commodum erat: partim eloquentie Biblicæ simplicitatem (a qua ad virtutem barbarismi & solocismi nemo argumentari debet,) profanorum sapientum pompa, επιδειξεσθαι, arti, lenociniis opponunt: partim a stili indeole, in qua multa profani desiderabant, ad ipsam rerum divinissimarum majestatem provocant, eaq; occasione eiç τὸ διλέειν τὴν ὑπόθεσιν, argumento vindicatum adauictum, cupiunt, quicquid stilo splendoris detribere videntur.

§.18. Sed

TESTAMENTI NATURA.

§. 18. Sed qui cum Beza verba Novi Testamenti esse barbara profiteri non erubescunt, considerent 1. An non in blasphemando gentilibus accedant. 2. An non accusent Sp. S. operam, quæ uti in rerum inspiratione, ita etiam verborum revelatione consistit. Libre quidem permisit & jussit Sp. S. organa sua iis, quæ non ignorabant, verbis uti. Sed pro re nata accommodavit eadem, ita ut θεονέυσαι verba sciville, Sp. S. vero eadem rite accommodasset dixeris. Unde etiam Petrus 2. Epis. 1, 21. dicit; ὑπὸ πνεύματος γίγις Φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἄγιοι θεῖς ἀνθετοῦσι. 3. An non interiret studium inquirendi in emphasin vocabulorum, in quibus tanta latent mysteria, tanta argumenta, quomodo id experientia toto die loquitur, praesertim in controversiis, ubi convincendi sunt adversarii,

§. 19. Miramur ergo (ut penitus rem comprehendam, & cum Beza verbis concludam) quo consilio in proponendis questionibus, ubi perspicuitas & significandi, ut ita dicam, civilitas ante omnia attendi debet & requiri potest; & apud juvenitiae aures, que à congenita cavidandi curiositate ad eruditam sapiendi simplicitatem traducenda sunt; & in ea materia argumentog., ubi omnis eruditio profanitas videri potest, nisi pia cujusdam reverentie cautione ad gubernetur; & post gravissimum virorum rectiora ac simpliciora, ipsorum usus rei Theologicae approbata judicia, (possumenim circa invidiam ita loqui, sfero) & in nullum vel eruditioris, vel πρεσβετερικης theologiae usum, commodumq. (nam quae finguntur hic, non capere me, prorsus fateor,) cuiquam pertendere lubido sit. Novum Testamentum solacissimis & barbarismis scatere.

CAPUT XI.

DE FINE.

Finis ω̄ omnes homines, Marc. 16, 15. explicatur.
Quomodo contentum verbi Deus istud auferendo puniat: Finis & intermedium & ultimus.

§. 1. Finis duplex est vel § vel §. Finis & sive subjectum, cui V. & N. prescriptum; Sunt omnes homines. Sic enim instructio Christi sonat Marc. 16, 15. υπεύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, πραδεστέ Evangelium omni creature. Ubi per Evangelium non tantum praedica-

DE VETERIS ET NOVI

dicationem gratiae, solo merito CHRISTI parta (quemadmodum Antinomi volunt,) sed totam doctrinam Christianam, legem & Evangelium, proprie sic dictum, complectentem, significari, in eis cetera ex eo constat, quod Apostoli in praxi legem, tanquam Pædagogum ad Christum, adhibuerit. In vocabulo vero $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$ non complectuntur irrationales creaturæ; (sicuti Franciscus somniavit; & volucribus, ceterisque bruis animalibus Evangelium prædicare non dubitavit,) sed $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$ h. l. denotat eam creaturam, quæ capax est audiendi Evangelium, & quocunque ex creaturis Evangelium potest audire; illis prædicationem istius necesse habuerunt Apostoli offere. Ita enim non tantum explicat Gregorius tom. i. Comm. in cap. 5. Jobi p. 86. Per omnem (inquit) videlicet creaturam solum intelligi bonum voluit, cui commune aliquid cum omnibus creavit. Et t. 2. Hr. mil. 29. in Evang. p. 44. ita explicat: Habet namq. commune esse cum lapidibus, rivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, juxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creatura prædicatur Evangelium, cum soli homini prædicatur. Sed etiam parallela loca id evincent. Sic Matth. 28, 19. & Luc. 24, 47. (ubi idem Christi mandatum recitatus,) $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$ $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$, omnis creatura explicatur per $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$ $\tau\alpha\pi\beta\eta\mu\gamma$, omnes gentes.

S. 2. Non autem h. l. sola genera singulorum intelligenda, ut Calviniani volunt, qui $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$ $\pi\tau\sigma\omega\varsigma$, per omnis generis sexus & ordinis homines explicant, & exteriorem, non vero interiorem utriusque Testamenti formam ad omnes homines pertinere contendunt, atque ita animam (ut ita dicam) utrisque Testimenti solis electis, huic vero cadaver reprobis relinquunt. Etenim misericordia divina, qua vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Tim. 2, 4. non parum derogant. Non vult Deus ullos perseire, sed omnes ad panitentiam reverti, 2. Petr. 3, 9. Conclusis Deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereretur, Rom. 11, 32. illuxit gratia & $\Phi\lambda\alpha\psi\theta\omega\varsigma$ Dei salutis omnibus hominibus, Tit. 2, 11. Et Evangelium hinc doctrina Christiana prædicata est apud universam creaturam, quæ sub calo est, Coloss. 1, 23. & Apostolorum sonus & verba exiverunt in omnem terram, & in fines orbis terrarum, Rom. 10, 18. & tempora ignorantia

TESTAMENTI NATURA.

tantie dissimulavit quidem Deus: nunc autem annunciat, ut omnes ubique homines resipiscant, Act. 13, 30. Pertinet ergo utrumque Test. ad omnes homines martyres πανταχοῦ, qui ad judicium exsuscitabuntur, ut loquitur Apostolus Act. 17, 30. Et 31.

S. 3. Nec est, quod quis obiectat tot myriades hominum in Turcia, Persia, Virginia, Japonia, Brasilia, America, &c. quibus doctrina Evangelii, qua V. & N. T. continetur, non praedicatur: sed hi sedent in tenebris mortis, nec illis oritur Phosphorus in cordibus. Reclamè enim Formula nostra Concordie p. m. 783. Sunt hac digna peccatis supplicia, si Deus totam aliquam provinciam aut geniem propter verbi divini contemptum, ita punire, ut hoc ingens malum etiam in ipsorum posteritatem redundet. Quæ verba tamen non eo rapienda, quasi DEUS paganos, & τὰς ἔξω arceret ab omni Ecclesiæ aditu; (Hæc enim poena non congrueret cum justitia divina, quæ non vult, ut Filius portet iniquitatem Patri, Ezech. 18, 20.) sed, quod non in gremio Ecclesiæ nascantur. Quæ temporalis & externa poena non labefactat justitiam Dei, quæ se tantum ad sufficientia, non superabundantis salutis media obligavit. Siquidem Ecclesiam in illustri loco semper collocavit Divina misericordia, ut fama ejus ad extimas usque gentes' sele diffunderet. Præsertim nostra ætate, ubi Hispani, Hollandi, Angli, aliisque navigia mittunt in Americam septentrionalē & meridionalē. Quas insulas, ut novum alium orbem, iterum dexterit Anno 1492. Christopherus Columbus. Nec dubium, nunc restat, olim Americanis predicatum fuisse Evangelium, si quis legat navigationes editas, quæ vestigia quedam Christianismi adhuc reliqua observarunt. Confer hac de re Hug. Grotium & Johannem de Laet, qui ad contentiosas rixas usq; scriplerunt de origine Gentium Americanarum.

S. 4. Finis h̄, sive cuius gratiâ utrumque Testamentum est conscriptum, iterum est duplex: vel intermedium, vel ultimus. Ille est, ut de Esseneis & voluntate Dei nos instruat, & sit norma vitae & doctrinae, & ita homo Dei sit ἀριστος ad omne opus bonum, ἐξ οὗ τοις μέν τοις, 2. Tim. 3, 17. Finis vero ultimus est, ut possit σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, δικαιοσύνην, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ eruditum reddere ad salutem, perfidem, quem est in Christo Iesu; eodem capite v. 15. Et videmus nos ēν αὐταῖς γε-

DE VETERIS ET NOVI

Qaic vitam eternam habere. Joban.5.39. Et hæc scripta sunt, ut credamus, quod Jesus est Christus, ille Filius DEI, & ut credentes vitam habeamus per nomen ejus, Job. 20.31. An vero Scriptura Sacra tantum offerat salutem, an verò etiam tanquam organum operetur & efficiat, non hic ventilabimus? Prius affirmat, & posterius negat Bellarminus Schyvenckfeldianizans apud Gerb. t. 4. p. m. 634.

CAP. XII.

DE DIVISIONE UTRIUSQUE TESTAMENTI.

Veteris Testamenti libros quidam 22. quidam 24. quidam 27. numerant. Divisio in חותם ו Subdivisio. Josephus à Druſio taxatur! Quidnam Rabbini intelligunt per Prophetas & Ha- giographa. Heinricus Gravius erravit per intelligens Apocrypha. Novum Testamentum potest dividi in Sermones & Epistolas. Divisio in versus & capita. An hæc in N.T. antiqua? Affirmat Crojus. Nobis contrarium videtur. Patrum divisio in titulos ו capita. Στιχοι non versiculi.

§. 1. Libros V. Instrumenti viginti duos juxta numerum literarum Hebraicarum supputant Josephus l.t. contra Appionem, apud Euseb. l.3. Eccles. Histor. c.10. Philo, ut author est Sextus Sen. B.S.l.1. p.2. Origenes apud Suidam; Isidorus apud Orig. l.t. c.3. Epiphanius d. mens. & ponderibus, omitto Nazianenum, Ruffinum, alios. Atque ita numerabant. Gen. erat N. Exod. 3, Levit. 3, Num. 7, Deut. 11, Joshua 1, &c.

§. 2. Viginti quatuor ob nomen tetragrammaton, quod Chaldaei ו, scribunt, alii ex recentioribus Judæis recensent; uti Aben-Ezra, David Kimchi, item Targum Schir Haskbir c.5, 10. Separantes nimurum à reliquis, Ruth & Cinoth i.e. Lamentationes Jeremie, quæ & opinio communiter hodie apud Judæos recepta est. Unde legem מרגנאנזדורו universam appellant שְׁרִירָה וְאַרְבָּעָה id est, viginti

TESTAMENTI NATURA.

viginti quatuor. Seqvuntur hanc Græci ob numerum 24. literarum, Græcarum, & Latini respicientes ad numerum 24. seniorum Apoc. 5. quam caufam adducit Hieronym. in Prologo Galeato. Alii Hebraorum magistri viginti duabus literis simplicibus addentes quinque finales, viginti septem recitant libros, ita ut Ruth à Judicium, priorem Samuelem, Regum & Paralip. à posteriori, & Nehemiam ab Esdrâ separent, conjungentes interim Threnos cum Jeremia. Atque ex hac diversa numeratione est, quod quidam Christiani doctores 22. quidam 24. quidam 27. numerent, iisdem libris manentibus, diversa tamen adhibita librorum numeratione. In re ergo convenientiunt, licet in numero disrepent. Sed ad divisionem,

§. 3. Estras cum sociis suis (si fides historiae Hebraicæ habenda,) qui fuerunt numero centum viginti, & inter eos Daniel, Nehemias, Zorobabel, Mardochæus & Josua, Filius Iosefeci, item Prophetæ, Haggæus, Zacharias, & Malachias, omnes viginti quatuor libros una collegerunt & distinxerunt in תְּנַשֵּׁאָרָה legem, תְּנַשֵּׁאָרָה Prophetas, & תְּנַשֵּׁאָרָה Hagiographa. Nos enim (ut Elias Levita prefat. in Masseb.) fuerunt omnes viginti quatuor libri una colligati, sed viri Synagogæ (sicilicet magnæ) coniunxerunt eos, ac fecerunt ex ipsis tres partes, Legem, Prophetas & Hagiographa. Quam partitionem à Dei spiritu profectam esse concludit ex 1. Maccab. 4, 40. Druſ. in Comment. ad Pentateuchum pst. Lex comprehendebat quinque libros Mosis. Prophetæ continebant oſto, Jehosuam, Judicium, Samuelem, Reges, Jeremiam, Ezechielem, Elaiam, & duodecim Prophetas minores. Hagiographa autem erant, Ruth, Psalmi, Job, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Threni, Daniel, Esther, Esdra, & verba dictrum sive Chronicón. Ubi tamen fumus in oculis Drusii, quod Hieronym. in Prologo Galeato afferat quosdam Judæorum, Ruth & Cinoth inter Hagiographa scriptitare. Nam (inquit ille in Comm. Jud. p. 185.) si sunt conscripti à Prophetis, cur in eorum ordine non ponuntur? An dubitatum de eare aliquando fuit? Nam Ruth à quo scriptus fuerit, ignoratur. De lamentationibus nihil quog, certi. Ergo quia minuti libelli erant, compatis suisse iudicio cum aliis ejusdem generis, qui numero quinq, ab Ebrais בְּנֵי נָבִיא vocantur, id est, volumina. Sed an propterea exclusuerunt ab ordine, in quo viri Synagogæ magna ipsos poserunt,

DEI VETERIS ET NOVI

erunt, non opinor. Nunquam auctorissent id facere Iudei: aut si aliqui hoc fecerunt, imprudentia est. Hactenus ille.

S. 4. Josephus l. i. contra Appionem paulo alter distribuit. Penit enim legales quinque sive Pentateuchum; Propheticos 13. Iosue, Judicum & Ruth, Regum 1. & 2. Ieu Samuel, Melachim sive Regum, Paralipomenon, Esdras, Esther, Job, Iesaiam, Jeremiām cum Threnis, Exechielem, Daniel, Prophetas minores 12. Poeticos 4. Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica. Sed hunc taxat Drusius in Comment. Judicum p. 185. & magnum errorem errasse ostendit, dum Prophetarum nomen latè sumit, & in eo ordine tredecim ponit; Davidem vero & Salomonem inde excludit, ac si Prophetae non fuissent, cum tamen fuerint, si non in primo, at in secundo gradu. Nam Hagiographi, dum futura prædixerunt, fuerunt Prophetae; Sed quoniam aliis etiam muneribus & officiis fungebantur, à primo excludebantur Prophetarum gradu. David enim Rex: Daniel vero & Job homines politici & Prophetae tamen erant.

S. 5. Ut autem constet, quidnam per Prophetias & Hagiographa intelligent Rabbini; Verba David Kimchi in Prefat. in libros Psalmorum, ex Drusii versione adducam: Prophetia est res, que evenit homini, qui est sapiens, perfectus in moribus suis, evenit ei prophetia in somnis, & quo tempore venit ei prophetia, abolenuntur vires eius sensuales, & abducuntur ab omnibus viis seculi huius, & vides in visione prophetica, ac spiritu aliquis loqueretur cum eo, qui ei dicat sic & sicut videt similitudines in visione illa, aut non videt ullam similitudinem, sed audie vocem loquentis secum. Spiritus vero Sandlus est, quod videt homo integer, occupans se in verbis Dei, perfectus in omnibus sensibus suis, non abuletur unius ex eis, & loquitur id, quod loquitur juxta morem hominum, nisi quod excitat eum spiritus supremus, & apparere illi facit res: in lingua ejus verba sunt laudia & confessionis, quibus confiteretur DEO suo, laudans eum. Etiam loqueur de futuri ope divina per virum, utem loquenter, & cunctis virtibus eorum, qui loquuntur, hoc est, ratione participes sunt. Porrò in hac virtute dicitur est liber hymnorum iste, & quamquam vocentur Prophetae, qui dixerunt eos, prout dicitur de Davide, qui vocatur Vir DEI, quod non dicitur nisi de Prophetis. Qvam tamen distinctionem, ut in eptam rejicit Dominus Galorius in Comment. August,

TESTAMENTI NATURA.

gus. Confess. tom. i. p. 384. qui & statuit, nihil praeter nuda nomina primæ divisionis Synagogæ M. retentum esse Judæis, & ne quidem ea recte explicata, sed nugis ipsorum contaminata: Propriam verò Esdræ subdivisionem, & seriem librorum sacrorum ignorare. Ordo enim in editis Biblia, est turbatus, ut sequenti Thesi fieri manifestius.

§. 6. Certè talis librorum distinctio, & ordinatio à Typographis non frustra fuit suscepta. Fallunt autem, qui ex typographorum segregatione quatuor partes V.T. principales faciunt. Quando enim alteram sectionem, nimur Prophetarum, dividunt in בְּנֵי יִשְׂרָאֵל in Prophetas priores, & אֲרוֹנוֹת postiores. Illud non est divisio, sed subdivision. Ita verò hodiè in Codicibus sacris deprehenditur distinctio, ut ad שְׁמַעַת pentateuchum annexant appendicis loco חֲמִשָּׁה מְגֻלָּן quinque volumina librorum festivium, qua statis solennitatibus publicè prælegebantur, & sunt שְׁיר הַשְׁוֹרִית Canticū Canticorum, Rush, אַיִלָּה וְרֹחֶם Ecclesiastes, & סְבִידָה Esther. Sub titulo כְּבָנֵי יִשְׂרָאֵל exhibentur Iosua, Iudicium, duo Samuelis, & duo Regum: Sub titulo vero נְבִיאִים אֲדוֹרָנִים Esaias, Jeremiah, Ezechiel, & duodecim Prophetæ minores. Tertia denique Classis בְּנֵי קָרְבָּן Psalms, מִשְׁלָוֹת Proverbia, Job, Daniel, Esdras, Nehemiah רְבָרִי חִזְקִיָּה Libros dierunt, sive Chronicorum. Magnum hic errorem erravit (referente Rainold. Tom. i. Cens. Prel. 44. p. 445.) Henricus Gravius, Professor Regius Lovaniensis, qui ex sinistro intellectu vocis חָתְבִים Hagiographorum pro Apocryphorum, ait Psalms, Proverbia, Eccles, Canticum Cantorum a Judæis rejectos esse libros. Sed progrediamur ad Novum Testamentum.

§. 7. Novi etiam Testimenti divisio nulla datur ἔγγειον, distinctionis vero quoddam fundamentum suppeditare egregium. Potest Pauli admonitio, 2. Thess. 2, 15. κρατήτε, inquietis, τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιάχθητε εἰς διάλογον, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ήμων, τεντεῖ insitutions. (Vulgata veritatem traditiones,) quas didicisti sive per sermonem, sive per Epistolam nostram. Per λόγον autem sive sermonem intelligi Evan-

DE VETERIS ET NOVI

Evangelium; patet ex collatione locorum parallelorum, *Acto*, 1, 1,
& Coloss., 5.* ubi vocabulum λόγος nil aliud, quam Evangelium, denotat. Postea hic λόγος, sive hoc Evangelium potest iterum distinguui in λόγον προφήτων, qui Apocalypsis Johannis; Et *isogonus*, qui quatuor Evangelia & Actus Apostolorum complectitur; Altera pars N.T. sunt Epistolæ, quæ ratione diversorum authorum, & temporis, quo scriptæ, distinctionem quandam, facile admittunt. Tempus vero scriptio non censendum esse ex subscriptione, quæ non semper ab Apostolica, sed alia manu profecta, supra insinuavimus. Nimis etiam longum esset, h. l. de singulis epistolis singulare instituere examen.*

S. 8. Descendamus nunc ad distinctionem in capita & versiculos. V. T. quod attinet, luculentum quidem versuum vestigium appetat ex accentu Sillux, qui versum in fine claudere videtur. Capita, quia nullam in re inventi rationem, vulgo creditur distinxisse Esdra. Quod si verum, miror, quod ista capita Judæi, Patriarcharum legum tenaces, non observarint in Codicibus. Certè in veteri manuscripto Hebreo, non volumine, sed libro exarato, quod Argentorati in Bibliotheca publica asservatur, nullus est capp. index, licet accentus & distinctiones reliquæ adsint. Sed de hac quæstione, An capitum distinctio Esdræ sit tribuenda? videndum *Gerhardus Exeg. p. 132. Riv. Is. p. 502.* Hoc saltem adeo: Distinctiones hic maximè variare, uti patebit, exemplis sub finem ex Bibliotheca Argenticensi publica adductis.

S. 9. Novum Testamentum quod attinet, multos codices Manuscriptos, tam Græcos, quam Latinos se vidisse affirmat *Croy in observ. N.T. c. 7. p. 55. & 56.* in quibus hodierna capitum observaretur distinctio. Item: se habere Codicem Latinum omnium librorum. Scriptura Sacra, optima notæ, & ante ostingentes, aut plures annos scriptum, in quo series librorum, eadem capitum distinctione, qua hodie utimur, searetur ac divideretur. Præterea Evangelium secundum Johannem, optima, atque eleganti manu scriptum, in quo eadem manu eodemq; atramento capita numeris arithmeticis ad marginem; versus vero, modo literis miniatis, modo cœruleis in ipso texu distingverentur. Adducit etiam loco probationis,

quia

TESTAMENTI NATURA.

quia (1) Tempore Hieron. & Augustin. maxima fuit exemplarium varietas , & tamen ad vertendam & illustrandam Scripturam multi operam contulerunt , & singuli Ecclesia Doctores in conferendis versionibus & locis utriusq; Testamenti laborarunt. (2) Hieron. in Comm. ad Galat. explicatis 2. prioribus capp. scribit: *Huc uig; contra Perrum nunc ad Galatas revertitur, & caput quartū inchoat verbo: Se- quitur, quod posteriora a prioribus distingvere viderunt.* (3) Christiani in V. T. secuti sunt distinctionem Esdræ, verisimile ergo eos in N.T. transluisse. (4.) Theophil. eundem numerum capitum Evangeliorum, quem hodie habemus, nobis exhibet, ut patet ex indice, qui singulis affixus est Evangelii.

§. 10. Sed pace istius Viri erudit, respondeo ad αὐτοφίαν & oppono nostram , quam habuimus Argentorati , & ad finem hujus capitis annexetur. Rationes quod attinet, (1.) probat saltem Patres laborem improbum, versionibus & illustrationibus Bibliorum impendisse , non vero usurpasse in communi hanc capitum & versuum distinctionem, quæ apud nos obtinet. Ad (2.) Ita Hieronymi verba non concludunt, quod nostram adhibuerit distinctionem: Quemadmodum solennis ista veterum formula: *Incipit hic liber, aut Incipiunt sermones, &c.* qua ordiebantur libros, non indicat aliquid præcessisse. Ad (3.) Adhuc sub Judice lis, in V. Test. Esdra distinctionem adhiberi, & posito, qualis quæfo consequentia ad Novum? Ad (4.) Fateamur licet Theophil. quem Crojus ipse undecimo demum seculo floruisse ait, eundem numerum capitum Evangeliorum nobis exhibuisse: Respondemus tamen: *Μία χελιδῶν ἔαρ γ ποτε.* Non quærimus, An unus Pater in hoc vel illo libro eandem nobiscum distinctionem adhibuerit? Sed hoc est in questione: An in omnibus libris biblicis, & in communi Patrum consensu haec discrecio olim recepta fuerit?

§. II. Certe in Patribus 4.5. & 6. seculi, ut & Conciliis incerta vestigia apparent. Saltem in genere (ut in N.T. ex V.) citarunt authorem, & si quid amplius , titulum. Demum capitum distinctio, uti creditur, à Stephano Langthono (referente Baleo de scriptoribus Angliae contra Magdeb. Centur. secul. 13.) Episcopo Cantuariensi adornata. Contra vero Matth. Westmonasteriensis & Senarius in Prolegom. eadem

DE VETERIS ET NOVI

dem tribuit *Cardinali Hugoni de Sancto Caro*. Sed hic potius non pri-
mus fuit capita distingvendo, quam hac distinctione utendo. Quo-
modo vero Patres libros in titulos (qui aliquo modo respondent
nostris capitibus,) & capita (quæ versibus ferme nostris similia,) dispe-
suerint, videnda est *Prefatio Casauboni*, quam Notis suis in
N.T. præfixit. Eadem *Ammonius Alexandrinus in Harmonia Evangelistarum* proponit, quam non tantum Erasmus in *Novo Testamen-*
to repræsentat: Sed & quoddam manuscriptum, quod paulo post
adducemus.

S. 12. Verisimile ergo est, nostram distinctionem capitum non
esse antiquam, nedum antiquissimam, sicuti & versiculorum, quam
Henricus Stephanus in Prefat. super Concordantias Grecas Parentis suo
Roberto adscribit. Quod quidem facilius crederemus, si moderatio-
rem in ebuccinandis Patris encomiis fuisse sciremus. Quicquid sit,
saltem ea ex causa adducimus, ne in cruentis & enodandis Scriptu-
rae sensibus plus, ut justum, fidamus his distinctionibus: Sæpe enim
in dividendis capitibus sensus laceratur. Inde etiam interdum ali-
ter Lutherum, aliter Vulgatam, aliter alias capita incipere vide-
mus.

S. 13. Quod si quis per $\xi' \chi' \varsigma'$, qui sub calcem plerumque Epis-
tolarum Apostolicarum exprimuntur, intelligere velit nostros
versiculos. Ille à veritate quam maxime aberrat. Numerus enim
 $\tau\alpha\tau \varsigma' \chi' \varsigma'$ longe superat numerum versiculorum. Exempli graia
i.ad Corinth. computat $\xi' \chi' \varsigma' \omega\delta$ (870.) cum saltet habeat versi-
culos (ut nos numeramus) 437. Conjecturis ergo licet indulgere,
cum *Domino Glafio*, qui part. i. *Philol. Sacr. p.m. 347.* arbitratur per
 $\xi' \chi' \varsigma'$ denotari lineas, quot nimis unaqueque Epistola in auto-
grapho habuerit. Ita in i.ad Corinth. fuisse lineas 530 in Epistola ad
Galatas lineas 233. & sic deinceps. Quemadmodum hodie industria
Typographorum in libris non tantum metricis, sed & interdum
in historicis linea numerantur.

Varia distinctiones capitum & titulorum, que
in Codicibus Manuscriptis Bibliotheca Ar-
gentinensis publicæ apparent.

Manu-

TESTAMENTI NATURA

Manuscriptum Latinum, litera adhuc puriori, non istâ monasticâ, ipsâ antiquitate pallens, & Ammonij Alexandrini Harmoniam representans, in medianâ formâ habet versiculos ad finem libri subnotatos. Genesis c. 81. Exodi numerat primo capita 16. uig. ad plagas 14. ad finem 142. Lev. 89. Num. 74. Deuter. 160. Jos. 33. Jud. 18. Ruth est sine distinctione in capita, versus sunt 250. Libri primi & secundi Samuelis numerantur capp. conjunctim 99. Libri I. & II. Regum conjunctim 89. Sequitur Esaias Prophetas, qui plane nulla numerat capita. Ilbi nunc incipit caput 2. rubricâ scriptus est primus versiculus, ubi nunc numeratur caput 5. de novo rubricâ primum nostrâ divisionis versum exhibet. Idem sit cap. 6. rursum capite nostro partitionis 13. Onus Babylon, & c. 15. Onus Moab, & c. 17. Onus Damasci, & c. 19. Onus Aegypti, & c. 21. Onus deserti mari, & cap. 21. v. 11. Onus Dama, & v. 13. Onus in Arabia, & c. 22. v. 1. Onus vallis visionis, & c. 23. Onus Tyri rubricâ scribitur. Et c. 30. v. 12. rubricâ scriptus non am facit intercessionem; sicut & cap. 31. v. 4 verba: Quia hæc dicit Dominus ad me, Rubrica exhibita secant: nec præterea ad finem uig. libri quædam distinctionis nota comparet. Jeremie prophetia sine capp. est Lamentationes nullam distinctionem agnoscunt, nisi eam, que nota Alphabeti Hebreici sit. Ezechiel pariter nulla habet capitum distinctiones; ad finem eius annotatum est, cum habere versus 3340. Nec minoribus Prophetis nota capitum adscripta est, quæ textus scriptori sit conformis. Nonnulli libri a recentiori manu aliquid annotatum est. In Jobo nil de capp. Psalmis nonnullis numerus adscriptus est, non omnibus. Libro Proverbiorum adscripta sunt capp. 60. Ecclesiastæ 31. Cantica Cancicorum habent nulla. Paralipomenon nulla. Nulla sunt Esdræ, nulla Nebemia, nulla Esther. Marti. habet 88. Marc. 47. Lue. 92. Job. 46. Abt. 74. Jacobi Ep. 20. & aliâ divisione textui adjuncta 12. Prima Petri 20. & in textu 13. Secunda Petri 11. & in textu 9. Epistola Johannis prima, que ad Pausos inscribitur 20. & in textu 15. Secunda & tercia quing. : Jude 7. Apoc. 23. & in textu 38. Ep. ad Rom. 69. 1. ad Cor. 26. & in textu 71. Posterior ad Cor. habet capp. 2. catena desiderantur.

In antiquo alio Manuscripto, quod S. Werinarius (qui initio seculi XII. floruit) Episcopus, Sancte Maria Argentinensi dedit, Genes. habet 82. capp. Exod. 140. Levitic. 89. Numer. 69. Deuteronom. 155. Jos. 53. Judic. 18. Ruth. 10. In libris Regum & Paralipomenon nulli capp. numeri compareant: licet

DE VETERIS ET NOVI

sint nonnunquam maiusculis lueris indicate quædam sectiones, quæ tam
men nostris capp. non respondent. Idem factum in Esaiā, Jeremia, La-
mentationibus, Ezechiele; quem liber 12. Prophetarum sequitur, qui planè
eadem ratione distinctionibus careat, ut & qui sequitur Daniel. Libro Pro-
verbiorum capitula prænotata sunt 60. sed in textu non annotata sunt. Ec-
clesias & Cantica Canticorum sine distinctione sunt: & Jobus & Es-
dras, & Nekemias, & Espher. In Epistolis Paulinis diversa capitula à no-
stris comparet divisio. Capita summatim Epistola (Exempli gratiâ ad Ro-
manos) octodecim numerantur, & quidem summaris ita conceptis. 1. Paulus vocatus, fidem Romanorum prædicari universo mundo dicit. Quibus
& suum promittit adventum. Et quod justus ex fide vivat. 2. Qui repe-
letur ira Dei in eos, qui creatore agnoscere noluerunt, tradens eos de fide-
riis suis. 3. Quia personarum acceptio non sit apud Dcū, de his, qui aut in
lege, aut sine lege peccaverunt. Et quod gentes natum littera, que legis sunt,
faciunt. Et de Iudeo, qui gloriatur in lege. Non enim qui in manifesto Ju-
deus est. 4. Quid amplius Iudeo. Est autem Deus verax. Et, qui dicunt, fa-
ciamus mala. Et quia non est justus quisquam. Ut omnes obfluuntur, &
quia non ex operibus legis, sed ex fide Christi justificantur credentes. Et sic
deinceps. Quintum nostrum quartu responderet. Sextum complectitur quin-
tum & sextum usq; ad v. nostrum 8. Septimum reliqua sexti nostri con-
tinet. Octavum continet septimum & v. i. octavi nostri. Nonum octavi no-
stri ad v. 2. usq; ad v. 18. continet. Decimum octavi nostri habet reliqua. Un-
decimum nostrum nonum usq; ad v. 30. Duodecimum à v. 30. cap. 9. nostri
usq; ad c. 11. Tertium decimum continet cap. 11. usq; ad v. nostrum 33. O al-
titudo &c. Quartum decimum extendit se ad cap. 13. nostrum. Quintum
decimum habet nostrum 13. usq; ad cap. 15. v. 4. Sextum decimum in cap. 15.
continet à 4. usq; ad 25. Septimum decimum à v. 25. cap. 15. se extendit usq;
ad cap. 16. vers. 17. Rogo autem &c. Decimum octavum ad finem usque
porrigitur. Epistola ad Corinthios 1. continet 18. capp. summaris ad mo-
dum Epist. ad Rom. prænotatis, & sectionibus à nostris omnino recedenti-
bus v. 1000. Ad Cor. 2. habet 14. v. 619. Ad Galat. c. 8. vers. 293. Ad Eph. 6. Ad
Philipp. 5. numerantur vers. 150 cùm in nostra divisione sint 104. Ad Coloss. 6. 1. ad Thess. 2. 2. ad Thessal. 4. 1. ad Tim. 8. 2. ad Tim. 6. ad Titum 3. sed alia
à nostra sectione, nam cap. 1. è cap. 1. nostro ad vers. 15. cap. 2. à v. cap. 1. 15. us-
que v. 11. etiam habet cap. 3. Ep. ad Hebr. habet 12. capp. Alius Apostolicus
habent

TESTAMENTI NATURA.

babent 74. capp. tituli notati sunt prioribus verbis versiculi, quo caput incepit, Epistola Jacobi habet 20. capp. 1. Petri 21. Secunda n. 1. Job. 21. Secunda 5. Tertia 5. Jude 7. Apoc. 25.

In antiquo manuscrito, cui præfixum: Iste liber est Nicolai dicti Thanne de Francofordia: in quo aliquot libri S. Scriptura extant, ista est distinctio. Liber Josue habet 11. Judicum 9. Lib. Ruth, sine capp. est. Epistola ad Rom habet capp. 30. ad Corintb. capp. 24. 2. ad Corintb. 21. ad Gal. 12. Eph. 10. Phil. 8. Colos. 10. 1. ad Theff. 13. 2. ad Theff. 6. 1. ad Tim. 12. 2. ad Tim. 10. Tit. 6. ad Hebr. 22. Epp. Catholice vocatae, sine sectione sunt. Actus App. 70. capp. habent. Apocal. 48.

In alio antiquissimo Manuscrito Codice Lat. 4. Evangeliorum: Matth habet 28. capp. sed paulo aliter distincta. Nam 1. caput habet nostrum 1. & 2 usq; ad v. 19. 2. habet à v. 19. nostri 2. integrum tertium. 3. habet nostrum 4. 4. habet nostrum 5. 5. habet nostrum 6. 6. habet nostrum 7. 7. habet nostrum 8. usq; ad v. 23. 8. habet à nostri octavi v. 23. reliqua. 9. habet nostrum 9. 10. nostrum 10. 11. nostrum 11. 12. nostrum 12. 13. nostrum 13. 14. nostrum 14. 15. habet nostrum 15. usq; ad v. 29. 16. habet istiu cap. reliqua cum 10. 16. nostrum 17. 18. nostrum 18. usq; ad v. 23. 19. à cap. 18. v. 23. reliqua usq; ad cap. 20. cap. 20. nostrum 20. cap. 21. nostrum 21. usq; ad v. 33. cap. 22. habet cap. 21. reliqua. Et in cap. nostro 22. usq; ad v. 15. cap. 23. à c. 22. v. 15. usq; ad cap. nostrum 23. v. 15. Cap. 24. à v. 15. c. 23. nostri usq; ad v. 37. Cap. 25. à v. 37. cap. 23. nostrum usq; ad cap. 26. nostrum. Cap. 26. habet cap. 26. nostrum usq; ad v. 31. Cap. 27. habet à v. 31. cap. 26. nostri reliqua usq; ad cap. 27. v. 27. Cap. 28. habet reliqua. Sic & res se habet de reliquis Evangelistis.

In alio antiquo Manuscrito Cod. Epp. S. Pauli, Epistola ad Romanos habet 48. capp. 1. ad Cor. 71. 2. ad Cor. cap. 28. ad Gal. 37. ad Eph. 28. Phil. 19. 1. ad Theff. 25. 2. ad Theff. 9. Coloss. 29. 1. ad Tim. 30. 2. ad Timoth. 25. Tit. 10. Philemon. 4. Hebr. 30.

In alio Codice Manuscrito Ep. Paulini. Ep. ad Rom. habet 51. capp. 1. ad Corintb. 71. 2. ad Corintb. 28. Gal. 37. Eph. 31. Pbil. 19. Col. 31. 1. ad Theff. 25. 2. ad Theff. 9. 1. ad Tim. 30. Secunda 25. Tit. 10. Philem. 4. Heb. 39. Act. Apostol. 74. Epist. Jac. 20. 1. Petri 20. Secunda 11. &c. ut in Manuscrito Wernerii Episc.

In alio Manuscrito Epist. Pauli nulla est capp. aut versuum distinctio.

DE VETERIS ET NOVI

In Manuscripto glossario super libros Sane. distinguuntur illi in 97. capp.
In Veter. Manuscripto Hebr. non volumine, sed libro, nullus est capitulo
dex, licet accentus & distinctiones relique ad sint.

CAPUT XIII.

DE ADJUNCTIS, PERSPICUITATE, SUFFICIENTIA, ET POTESTATE DECIDENDI CONTROVERSIAS.

Becanus nostram sententiam de perspicuitate
Scripturae falsissimè recitat. Hac proponitur. Papa
non est unicus interpres: Homo naturali capacitate
intellectus sui non potest percipere verum sensum di-
& orum Scripturae. Scriptura in uno loco non recipit
varios sensus. Matth. 2, 15. Iohann. 11, 20. Est perfecta
quoad credenda & facienda, & norma controversiarum.
Constantini Magni ἀξιομνησκευτοῦ.

§ 1. Deprehendimus hic de facilis fraude, summanque Ponti-
ficiorum impudentiam, dum sententiam nostram generaliter, &
quidem falsissimè adducere non erubescunt. Sic enim ait Becanus
in Manual. l. 1. c. 1. Adversarii solent dicere, Scripturam quoad legitimum
sensem, facilem & perspicuum esse, & ab omnibus intelligi posse. Nos age-
rimus, in multis quidem locis facilem esse, sed in multis etiam obscuram
& intellectu difficultem. Hactenus Sycophanta. Sed ostendat, que-
so, unum nostratum, qui dicat Scripturam ubique esse perspicuum,
& ab omnibus facile intelligi. Fatemur uno ore omnes, Scripturam
in multis esse perspicuum, in multis etiam obscuram. Perspicuum
in iis, quae ad salutem oīibus cogniti sunt necessaria. Obscuram
in quibusdam vaticiniis & mysteriis. Spiritus enim Sanctus (sunt ver-
ba August. de verbis Domini c. 11) tanquam promus condus sapientissimum
testimonia quedam patet fecit, que ad famam spiritualem pellendam suffi-
ciunt: Ut nemini naufragiori scrutanda & investiganda
reliquit. Et l. 2. de doct. Christ. c. 6. Ita Spir. Sanctus magnificè & salubri-
e

TESTAMENTI NATURA.

Scripturas sanctas modificavit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret nibilis ferè de iis obscurioribus eruitur quod non planissime alibi reperiatur. Conf. l.2.d. Civit. Dei c.6.

S. 2. Semper ergo inculta venit distinctio, qua discrimen ponitur inter Scripturam, ut negotia salutis, & ut recessus in Prophetis & mysteriis reconditos ostendit. Ad hos indagandos utilem saepe operam prestare magnorum virorum Commentaria non negamus. Sed quod neque haec omnem imperscrutabilis profunditatis maiestatem percontari queant, & apud nos, & Pontificios est illi confessio. Quod vero hi omnem dilucidationem ac vetam interpretationem deferant Pontifici Romano, hoc ex Scriptura (qua Belarmino l.3. de Verbo Dei c.9. §.1. varios sensus recipit, nec potest ipse dicere quis sit verus. Et litera mortua, a spiritu Ecclesie demum animanda Salmeroni Comment. in Pauli Epist. in genere dis. 8. §. tertio quia.) probare si volunt, adiutorias commitunt insignem. Circulus enim est dicere, (inquit Praeceptor noster cap. i. Breviarii §.6.) Canonem Scripturam esse obscurum, ut indigat unico interprete visibili & infallibili. Et dicere: Hoc tamen esse falso evidens in illo canone, quod facultatem iudicandi infallibilitatem de obscuris unico visibili interprete detulerit. Oportet enim ut futurus ille infallibilis interpretis, personam suam ex evidentiis, & confessis utring, principiis legitimet, 1. Corint. b. 14. 8. clarum & evidens sit, quod proponitur. Probatio debet esse certa & clara, Cjumvit de probationibus.

S. 3. Fatetur insuper, Scripturam esse obscuram etiam in iis locis, quae ad salutem nos informare debent, non quidem ipsius, sed subjecti recipientis vito. Si enim Evangelium nostrum velatum est, (ait Apostolus 2. ad Corint. 4. 3.) tum his, qui pereunt, velatum est, in quibus Deus knja seculi excavavit mentes incredulorum, ne illis illucescat Evangelium glorie Christi. Audiamus laudatum Praeceptorem d.l. §.7. Carnis & Diaboli suggestiones non sinunt subiectum illustrandum audire aut meditari divina cetera opinionem diversam vel contrariam, vel saltem citra dubitationem, faciuntque subiectum tam incapax, ut preter evidentiā sermonis, etiam divina persuadendi vis (resibilis tamen) ad credendum requiratur, id est: ad solidam cognitionem firmum assensum & fiduciam salutarē, Luc. 24. 45. Discipuli Christi in quimum annum roties

infor-



DE VETERIS ET NOVI

informati de passione & resurrectione Messie, non intelligebant, quæ perspicue dicebantur in hanc partem; sed Iesus aperuit illis sensum, ut inteligerent scripturas, 2. Cor. 3. 14, 18. utq; in hodiernum diem ob eius sunt sensus Iudeorum, & velamen Mosis positum est super cor eorum, quando legitur Verus Testamentum.

¶ 4. Et quando in supernissimis prelectionibus Art. de Lib. Arbitr. Sect. 3. §. 3. proponit hanc questionem: An homo naturali capacitatem intellectus sui possit percipere verum sensum dictorum Scripturae, quibus Articuli fidei proponuntur: Negatè respondet ob expressam Apostoli negationem, i. Cor. 2. 14. Animalis homo non percipiè ea, quæ sunt Spiritus Dei: sicuti siquidem illi sunt, nec potest cognoscere, quod spiritualiter disiudicatur. Ibi tò non capere, nequam de negatione sicutius assensus aut fiducie exponi potest, quia de qualitate rei cognoscibili, vel non cognoscibili simul & pariter, quam de qualitate rei appetibili vel non appetibili illie agitur, quod patet ex vocabulis exegeticis & synonymis Apostoli, quibus objecum intelligibile dicitur esse ab consensu sapientibus hujus seculi v. 7. quod dicunt remorasse v. 8. quod objecta cognoscibilia nulli dicuntur venisse in mentem, v. 9. unde apparet, quod quemadmodum objecta supernatura lib appetibilis non appetuntur facultate naturali, sed supernatura & infusa, & tunc, quando efficacissimis persuadendi rationibus sunt proposita: Ita objecta cognoscibilia non cognoscuntur a naturali, sed supernatura & infusa, & tunc quando ex parte DEI perspicuis & evidenter verbis sunt proposita. Confer. 2. Cor. 3. 5. Eph. 5. 8. & evolute ejusdem disp. 3. de Auxiliis gratie quest. 3.

§. 5. Quod si vero pio orationis studio machinationes diaboli carnisq; removeantur & ardenti zelo scrutemur Scripturas; Habebimus oculos ad videndum, Ezech. 12. 2. & Scriptura erit lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, Job. 1. 9. Et si sermoni Propheticō attendamus, quasi lucerna in loco caliginoso lucenti, dies illucesceret & Luce ser orientur in cordibus nostris, 2. Petr. 1. 19. Scriptura erit lucerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris, Psal. 19. 105. Scriptura erit lucida illuminans oculos, Psal. 19. 9. Atque sic primos Christianos ante Patrum scripta & Ecclesiæ illustrationes solâ Scriptura suo jubare illuminavit ac reddidit.

¶ 6. Negamus hic Scriptura varios in uno loco sensus inesse: ut qui-

TESTAMENTI NATURA.

ut quidem teste Azorio Institut. moral. lib. 8. 2. communis Pontificiorum Theologorum fert opinio. Scripturæ enim sensus, quia verus, etiam est unus, unum enim (ut ex metaphysicis scimus) & verum reciprocantur. Præterea nullum argumentum firmum ex ullo Scripturæ loco deduci posset. Termini enim semper essent ambiguë. Quicquid verò ambiguum, illud proinde est incertum, nec definitam parere potest sententiam. Nec est quod quis ex Matth. 2. 15. Ex Ægypto vocavi filium meum, & similia loca objiciat. Fatemur quidem Hoseam c. 11. de educatione populi Israelitici propriè & literaliter loqui: sed h. l. sit accommodatio typi ad antitypum. Comparatio verò dictorum factorum per analogiam, & typi applicatio ad antitypum geminum non pariunt sensum. Neque obstant verba illa: *Ubi impleretur*, siquidem quædam dicta implentur historicè, ut Psal. 22. Foderunt manus meas, &c. Quædam typicè & analogicè, ut h. l. Orationem Caipha Job. 11. 20. quod attinet, concedimus duplice habuisse sensum, unum à Caipha; alterum à Spiritu S. intentum. Sed quæstio non est, an eadem verba diversimodè à diversis possint intelligi? sed an sensus à Spiritu S. intentus per se non sit unus? Certè Caiphas in edendo hoc vaticinio nil nisi os præbuit, ut asina Bileam, & sine Prophetiæ sensu vaticinatus fuit. Sed nolo argumentum agere, & post Homerum Iliades conscribere. Dilucidè & fuisse id deduxerunt, Glass l. 2. Phisot. S. Dannhapp. in Idea Boni interpretis, Amama AntiB. Bibl. l. 1. Err. gener. 7. aliisque.

S. 7. At verò non tantum est V. ac N. T. perspicuum, sed & quo ad credenda, nec non facienda sufficiens. Nec quicquam huic perfectioni derogat, quod libri Salomonis Physici, liber Justorum, aliqui intercederint. Hi enim ad Ecclesiæ perpetuum thesaurum non fuerunt destinati. Quia verò Scriptura i. in dogmatis ad salutem necessariis est negativè argumentativa. Act. 26. 22 Hebr. 1. 5. & 13. c. 2. 16. cap. 7. 3. 2. additionis & detractionis incapax Deuter. 4. 2. c. 5. 32. cap. 12. 32. Apocal. 22. 18 & quæ sunt alia probationis media, non immerito eam veneramur, ut cornu copiæ omnium credendorum, & faciendorum, nec aliquis fidei articulus articulis jam divinitus constitutis addi potest, vel ab Ecclesiâ, vel à Pontifice, uti dedit Biel apud Gerb. Tom. 3. p. m. 1324.

K

S. 8. Non

DE VETERIS ET NOVI

§.8. Non ergo gratis veteres Hebraei dicebant: *In omni loco Scriptura, in quo invenis pro hereticis objectionem, invenis medicamentum ejus.* Et memorabilis sententia Constantini M. (utinam moderni Pontifices obseruent) quā ipse Concilium Nicenum aperuit, *Evangelici, inquit, libri sunt & Apostolici, antiquorumq; Prophetarum oracula: que nos manifeste instruunt, quid sentiendum sit de rebus divinis.* Suscipiamus igitur ex sermonibus divinitus inspiratis, questionum solutionem. Etenim Codex sacer unica est controversiarum norma, uti ex *Esa 8,20. Gal 6,6. Ebr 4,12.* alibique patet. Sæpe facit consitentes reos & adversarios. Quidammodum de Alberto ArchiEpiscopo Moguntino circumfertur. Cūm enim ille Anno 1530. in comitiis Augustanis Codicem Biblicum, quem in mensa collatum reperiebat, obiter aperuerisset, foliaq; ejus aliquot perlustrasset, in hac tandem verba erumperebat: *Evidem nescio quid hoc liber sit.* Illud video, quia in eo continentur, nobis aduersa esse. Hem egregium mysteriorum divinorum Oeconomum & Dispensatorem!

CAP. XIV.

DE COGNATIS.

Pontificii Patres & Concilia supra Scripturam extollunt, Confessiones ex Patribus conficiunt & glorian-
tur de consensu Patrum. Sed iterum infra Pontificem & neotericos Scriptores deprimunt; Eorum authori-
tatem non magnificiunt, mala versione, expunctione
(quamvis id negent, tamen testantur Indices expur-
gatorii & alia) additione, explicatione, suppositione.
Supposititia scripta, quomoda discernenda a veris. De
authoritate oraculorum Sibyllinorum, trium cœume-
nicorum & moderne Ecclesie Symbolorum.

§.1. Concilia atque Patres Pontificii non solum, ut Scripturæ cognata; Sed ut hujus dictatores venerantur. Sic enim expressè Bartholomaeus Carranza controv. *Nos dicimus, inquit, quod prior regula*

DE VETERIS ET NOVI

gula & notior, & multo latior est Ecclesia (per Ecclesiam autem, uti constat, Pontificis, ut plurimum aut quosdam Doctores Ecclesiae, aut Concilia intelligunt,) quam Scriptum Canonica: Et hoc per illam debet regulari: & non contra. Quae verba cum Daniel Chamier Pan-
frat. tom. 1. l. 1. c. 2. §. 10. Jacobo Gautiero Jesuitæ objecisset, Nil aliud respondebit, quam fore, ut locus iste Carranza ex auctoritate quorundam, ad id munus delegatorum, Roma purgaretur. Sed us saltem præ-
fensem viraret invidiam: auditorumque etiam suorum pacaret ani-
mos, tantam blasphemiam abominantes, gratis hæc dixisse Jesuitam,
vel ex solo Indice Expurgatorio, Gasparis Qviroge, Cardinalis & Archi-
Episcopi Toletani, Hispaniarum Generalis Inquisitoris, jussu edito, pate-
scit. Bonis enim ipsis Viris in enervanda Canonicorum librorum au-
toritate occupatis, & ex Bibliis Roberti Stephani cum annotationi-
bus Vatabli editis, omnia ad Scriptura Sacra laudem spectantia deleri
jubentibus, non satis, scilicet, otii fuit ad ea indaganda. Alioqui
quis credat Hispanis incognitum fuisse Caranzam, ipsum Hispanum,
& quidem non nullius nominis ob concilia in Epitomen con-
tracta?

§. 2. Verum enim vero ne probatio nostra unius Carranza vi-
deatur nisi pronunciato, verborum meorum vadimono listam.
Pigium 3. Controv Eckium in Encir. Art. de Concil. p. 28. Stapletonum
in Relectione Principiorum fidei: & triplicatione contra Guillerm Whita-
kerum, pro auctoritate Ecclesiæ in Praefatione & Nogueram, quorum ul-
timus l. 2 de Ecclesiæ Christum statuisse afferit, quod qui Scriptura quæ
Ecclesiæ plus fidei adhiberet, is erubet & publicanus, atq; à populo DEI
extraneus judicaretur. Atque nos etiam saluberimam Conciliis in
Ecclesiæ auctoritatem non detrahimus, si scilicet secundum
Scripturæ normam incedant, si secundum hanc judicent, si senten-
tiarum probationem ex evidentiibus Scriptura dictis petant. Sci-
mus enim tunc locum habere istud Christi: Qui vos audit, me au-
dit, & qui vos spernit, me spernit, atque sic Ecclesiæ vocem, tanquam
divinam, cui contradicere, nulli sit integrum, summa cum reveren-
tia esse audiendam. Scimus etiam Concilia rite celebrata ad con-
firmationem fidei, ad confutationem hæresium, ad emendationem
disciplinæ Ecclesiasticæ, & ad conservationem pacis Ecclesiæ perti-

DE VETERIS ET NOVI

nere utilissimè: Quæ tamen ad hæc non simpliciter sunt necessaria, quemadmodum id fuisse it demonstratum Calov. Part. i. Comm. Aug. Confess. p. 854 seqq.

§. 3. Sed nudus Concilii titulus ex auditua (ut verba B. Chemnit. Part. i. Exam. Cone. Trid. p. m. 4. mea faciam,) non debet nos statim, tanquam caput Gorgonis in saxa, truncos & stipites convertere, ut quavis decreta sine examine, sine inquisitione, & dijudicatione temerè amplectamur. Scriptura enim affirmat: esse quedam Concilia malignantium, Ps. 22. quadam vanitatis, Ps. 26. quedam impiorum, Ps. 1. quorum cat bedram Jerem. c. 15. ex Psal. vocat confessum □ יְהוָה, quod à iudicatoria interpretatione nomen habent, qualia fuerunt impiorum Pontificum & Sacerdotum Concilia, contra Micheam, Jeremiam, contra Christum & Apostolos. Habemus autem severissima mandata Dei, i. Job. 4. Nolite omni spiritui credere sed probate spiritus, num ex Deo sint, quoniam multi Pseudoproph. exierunt in mundum, &c.

§. 4. Jure ergo meritoque Conciliorum decreta ad Scripturæ obrußam perpendiculariter; sicut Hieronymus cap. i. Epist. ad Galatas loquitur: Spiritus S. doctrina est, quæ canonice literis est prodita, contra quam si quid statuant Concilia, nefas duo. Et pulera fuit forma veterum Conciliorum, in quorum medio (ut habet Cusanus l. 20. Concord. Cathol. c. 6.) ponebantur sacra Evangelia, & secundum testimonia Scripturarum decrevit olim Synodus. Nec Conciliorum veritas ex numero Episcoporum vel Patrum, sed ex conformitate cum Scriptura astimanda venit. Multitudo enim errantium non facit erroris patrocinium. Ceterum ut majorem conciliarent autoritatem Patribus Pontifici, Hieronymi & Augustini opuscula libris æquarunt Canonicis, ut ipse fatetur Melchior Canus in Loci suis Theologicis l. 7. c. 3. ubi Decretorum Glossatorem tanquam erroneum taxat, (cum tamen hujus sententia à Romana Ecclesia erroris nunquam est damnata, sed etiamnum hodiè extat in editionibus novis, quod arguit opinionem esse universa Ecclesiæ Romanae, alias Index Expurgatorius hæc verba iam diu expunxisset) quod distincte, Can. Noli de Augustini loco l. 3. de Trinitate in Prologo scribat: Intelligenda esse secundum illa tempora, cum scripta sanctorum Patrum authenticæ non erant, sed bōdie juberū omnia teneri usq; ad ultimum jota. Maldonat⁹ in caput 6. Iohannis n. 08.

non

TESTAMENTI NATURA.

non dubitat dicere: *Is autor est Augustinus, ut ejus sententia si vel nullâ Scripturâ, nulla ratione, nullis aliis authoribus probaretur, sola personâ reverentia satis magnam autoritatem mereatur.*

§. 5. Hinc Patres vocitant lapidem lydium, clavam Herculeam, impenerabilem Ajacis Clypeum, vietrem omnium heresum machanum, certissimum Ecclesie Catholicae præsidium, certissimum fidei fundatum, unitam salve, conservanda atque tuenda religionis arcem, fidei regulam, &c. Biblia contra, nam quendam cereum, in omnem sensum flexibilem, quo quis vult, Gladium Delphicum, qui ex altera parte fermare, ex altera scindere poterat, regulam Lesbianam, calcum utrig, pedi aptum, armamentum futorum, folia Sibylæ, Sphingis anigmata, materiam litis, lucum prædonum, officinam hereticorum, & alii blasphemias, quas ex ipsorum scriptis coligit Laurentius in Reverentia Subdola art. 1. See 5.

§. 6. Adeo sunt genuini Patrum filii! Adeo divinos illos Viros venerationis prosequuntur pietate, eorumque scripta debito obsequii amplectuntur affectu! Inde ut prolixius erga Patres declararent reverentiam, rotas confessiones ex Patribus excerpserunt. Sic Johannes Nopelius Colonia in 8. Anno 1580. confessionem edidit Ambrofianam. Sic Hieronymus Torrensis Jesuita Augustinianam. Sic alii alias. Maxime que de hoc sunt gloriati, quod Patres harmonicum concentum cum eorum faciant dogmatibus. Et in hoc Edmundus Campianus Jesuita (quem Regis Angliae parricidium & detestanda proditio justo suppicio: Romana verò Ecclesiæ martyris afficit honore) in Ratione 5. (quarum decem Anglicanis Ecclesiæ in fidei causa obtulit) maxime sibi placet, cum ait: *Ad Patres si quando licebit accedere, confidum est prælum, ram sunt nostri, quam Gregorius ipse decimus tertius, (qui tum temporis Papa vivebat.)*

§. 7. Sed προδύνα τινίνον. Aliud evincit Joannes Juellus Anglus, Episcopus Sarisburiensis, negans probari posse authoritate antiqui alicuius Patris, receptos fuisse viginti septem Articulos, in quibus isto tempore Pontificii rei Christianæ summam constituerunt, scriptosque quodam ad authoritatem Patrum illos provocans. Nec sanè refutare potuit (quamvis Juellus sex priora secula liberaliter admodum ad probationis subfundum dederat) qui spartam hanc suscepit, saepissimè supra constitutos terminos transiliens, & citatis suble-

DE VETERIS ET NOVI

sublestæ fidei autoribus, sive cum imperitoribus faciens *Thomas Har-
dingus*. Et *D. Johannes Pappus in Confessione Augustana & Augustiniana
na Parallelis* promissio stetit contra calumniam *Nicolai Serarii in An-
tiPuccio p. 44.* Et profecto facili labore Confessionem Athanasio-
Lutheranam quis possit confidere ex editione Athanasii, quæ ex of-
ficina Commeliana cum versione ac locupletissimis indicibus di-
ctorum & rerum prodiit. Sed mittamus ista & reverentiam Pontifi-
ciorum erga Patres subdolam producamus.

§.8. Patres, quos bilingues isti papicola una manu in cœlum susti-
lerunt: altera iterum dejiciunt infra Pontificem, & infra Doctores
juniores. Sic enim loqui amat *Cornel. Musius, Bituminenſium Episcopus
in Epistolam ad Romanos c.14.p.606*. Ego ut ingenuus fatear, plus uni sum-
mo Pontifici crederem in his, que fidei mysteria tangunt, quam mille Au-
gustinis, Hieronymis, Gregorii, &c. Sic *Salmeron in Epistolam ad Rom.
cap.5.dijp.51.* Adversarii nostri argumenta petunt à doctorum antiquita-
te, cui semper major bonus est habitus, quam novitatibus. Reffondeo,
quamlibet etatem antiquitati semper detulisse: Sed illud afferimus, Docto-
res juniores perspicatores fuisse. Item contrahant, quam objeccant, mul-
titudinem respondemus ex verbo Dei, Exod. 23. In iudicio plurimorum non
acquiesces sententiæ, ut à vero devies. Sic *Duacenses Censores in suo In-
dice Expurgatorio* (ubi librum Bertrami de corpore & sanguine Chri-
sti ad Carolum M. Imper. in Indice Clementis 8. proscriptum, & an-
tea etiam interdictum, iterum cum expunctione permittunt) inge-
nue fatentur: *In catholicis autoribus veteribus plurimos ferre errores,
Extenuare, excusare, exigitatio commento, per sepe negare, & commo-
dum eis sensum affingere, aut opponuntur in disputationibus, aut in con-
flictionibus cum Adversariis.* Confer quæ habet *Thomas de Vio Cajetanus Cardinalis inicio Commentariorum in Genesim*, ubi petit, ut Lector
æquum se præbeat lectorem, si quando occurrerit novus sensus tex-
tui consenus, à torrente tamen Doctorum facrorum alienus.

§.9. Et in specie Objicitur Tertullianus. Respondeat Bellarmi-
nus: Non magnificienda ejus autoritas, cum contradicat alii Patri-
bus, cum constet eum hominem Ecclesæ non fuisse. Objicitur Eusebius.
Respondeat Bellarminus: *Eusebius in dogmatibus parva est autoritas.*
Objicitur Prudentius. Respondeat Bellarminus: *Nihil aliud dico, nisi
more*

TESTAMENTI NATURA.

more Poëtico lusisse Prudentium. Objicitur Origenes. Respondet Bellarminus: *Origo es non est tantæ aut autoritatis in Ecclesia, ut ejus sententia necessario approbanda sit.* Objicitur Laetantius. Respondet Bellarminus: *Laetantius magis librorum Ciceronis, quam Scripturarum sanctorum peritus.* Objicitur Victorinus. Respondet Bellarminus: *Victorinus martyr quidem fuit, sed ei eruditio defuit, licet eruditionis voluntas non defuerit.* Objicitur Athanasius. Respondet Liberius Papa in litteris ad Episcopos Oriental. *Cognoscat Prudentia Vestra Athanasium ab Ecclesia Romane communione separatum esse, quicunque, autem se separatione esse à vestra concordia senserit, sciat se anathema unacum Ariani distinisse.* Hæc & plura exempla subministrabit Laurentius d.l. Article. 12 Sect. 1, 2, 3.

§. 10. Præterea mirari subit, quod apud hōs Patres, quos Baronius & Bellarminus censoria notant vñrgula, Beccantii aliquæ errorum querant patrocinium: Et quod si quando alicuius Patris (quem de cætro venerantur,) testimonio premiti se videant, Respondeant: Verba vel librum esse suppositum, vel locum esse assutum, & ex margine libri in contextum irrepsisse, in quibusdam exemplaribus non reperi. Et si quæ alia sunt effugia, quemadmodum id ex ipsorum Pontificiorum libris evidentibus demonstravit testimoniiis Vir supra laudem D. Johann Georgius Dorschen in suo Annikirchero §. 18, 19, 20. Justo id etiam tractatu prosecutus est Clarissimus Jacobus Laurentius in sepius laudato libro, cui titulum fecit: *Reverentia Ecclesie Romane erga S. Patres veteres subdola,* qui Lugduni Batavorum in octavo, Anno 1624. editus. Quomodo vero Pontificii nunc explicatione; mox nefaria suppositione in suam Patres trahant sententiam, sigillatum de unoquoque exemplum recitabo.

§. 11. Exemplum male versionis quod attinet, Eusebii dabo locum II. 13. de Preparatione Evangelicæ, qui postquam ex Platone docuit Viros virtute insignes esse post mortem honorandos, ita p̄git: *Καὶ τὰυτα δὲ αἷμάρχει ἐπὶ τὸν Θεοφιλῶν τέλευτὴν, ἡς σεαλιώτας τῆς δληθερεύσεως θείας ἐν ἀν αὐαγτοῖς εἰπὼν παραλαμβάνεθαί. Θεν καὶ ἐπὶ τὰς θηνας αὐτῶν ἔθος ἦν παριέναι καὶ τας ἑνχάς, παρὰ ταῦτας ποιεῖ Θεον, τιμῶν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχάς ὡς ἐν λόγῳ καὶ τοιῶν ὑφ' ημῶν γιγνομένων Trapezuntius, (qui Chamiero Panstr. tom. 2. l. 16. c. 9.*

DE VETERIS ET NOVI

¶. 16. c. 9. §. 12. videtur voluisse de industria orbi illudere,) ut verba ad invocationem Sanctorum infleteret, sic vertit, seu potius pervertit: Nos vera pietatis milites, ut Dei amicos honorantes, ad monumenta illorum accedimus votag, illis facimus, tanquam viris sanctis, quorum intercessione ad Deum, non parum juvari profitemur. At Eusebius non dicit; Illis (scilicet militibus pietatis) vota facimus; Sed: ad eorum monumenta preces facimus. Etenim solebant Christiani ad Martyrum thecas Deum precari: Ipsos autem martyres non precari. Rursus vertit: Quorum intercessione apud Deum non parum juvari profitemur. At Eusebius: Honor regg, eorum beatas animas certi id à nobis recte fieri. Plura exempla qui desiderat, adeat Chamier Panflet, tom. 2. l. 13. c. 22.
L. 16. c. 9. l. 12a. c. 5.

§. 12. Pravam expunctionem confiteri nolunt adversarii. Hinc Jesuita Gretzerus tam perfidie frontis est in suo *de jure & more prohibendi libros noxios*, ut non vereatur plus sexies vel octies mendacij accusare Protestantes. Predicantes, inquit, toties impudenter mentiuntur, quoties affirmant, quicquam in veterum Patrum libris à nobis deleti, aut ut deleatur ab Indice Expurgatorio prescribi. Nihil delemus in Patribus, nihil obliteramus. Et rursus: In veterum libris, hoc non licet, nec expedit, nec necessarium est. Et quoties Predicantes contrarium dicunt, toties faciunt, quod solent, hoc est, mentiuntur. O os impudens!

§. 13. Testis est Index Expurgatorius Inquisitionis Lusitanicae sub Ferdinandio Masecharegas Algarbiore Episcopo excusus, in folio, Olyspone apud Petrum Craesbeck Anno 1642. Testis est Index librorum Expurgatorum Gasparis Quirrage, Card. & Archiepiscopi Toletani, Hispaniarum Generalis Inquisitionis Lusitanicae iussu confectus, editus Madriti Anno 1584. apud Alphonsum Gomezium. Testis est Index librorum Prohibitorum & Expurgatorum auctoritate Bernhardi de Sandoval & Roxas Cardinalis & Archiepiscopi Toletani, excusus Madriti apud Ludovicum Sanchez Anno 1612. Testis est Index Expurgatorius Duari Anno 1618. editus, qui & decretis Concilii Tridentini annexatur. Sextus etiam Senensis in dedicatione Bibliotheca sancta ad Pium V. tali modo in Papæ laudes se effundit; Expurgare & emaculare curassim omnia catholicorum scriptorum, ac precipue veterum Patrum scriptarum hereticorum etatis noscitur, secibua contaminata, & venenis infecta.

§. 14. Sed

TESTAMENTI NATURA.

¶. 14. Sed ne quis excipiat: Pontificios non castrasse Patres; sed vitia saltem, nefaria hæreticorum, non Patrum manu illata, expurgasse: Producam alios, qui verba ipsorum Patrum, ubi veritatis nostræ testimonia extabant, dispuncta esse testantur. Adeo Junius, qui in *Prefatione ad Indicem Expurgatorium Belgicum* meminit Lugduni in Fronelli typographeo vidille exemplar Ambrosii, quod quidem elegans, & in speciem omnibus aliis editionibus preferendum; sed quod prius duo Francisci ante impressionem pro libidine castrarunt, omnes fermè paginas dispunxerunt, & alia verba in locum priorum substitui curarunt. Adeo Henricus Boxhornius *Theologie Licentiatu Lovaniensis*, ex captivitate Romano-Babylonica vindicatus, ita l. 3. de *harmon. Euchar.*, exclamans: *O inredibilis in me Dei Opt. Max. beneficentia! Postquam repurgatorij Indicis, quem tyrannisante Albano, Benedictus Arias Montanus, in piorum virorum lucubrations injurias conceperat, executor inter primos factus, sexcentas contra falso doctrine Pontificia capita observationes virgulâ censoriâ annotaveram, quam optarem lacrymis & sanguine meo eluere.*

¶. 15. Hoc pacto ex indice Augustini Index Lusitanica Inquisitionis Hæc: *A simulacris cavendum; In simulacris nulla utilitas; simulacra colentium errores: Sancti bonorum imitatione, non adoratio ne: Sanctis nec templo statuimus, nec sacrificia, & similia omittere mandat; quævis in textu sint ipsissima Augustini verba. Similiter Kimedonius l. 2. de *Scripture autoritate c. 6. Testes*, inquit, appello passim tot monasteriorum, per papatum bibliotecas, in quarum quibusdam ipse vidi, monachos audacter admodum falsarias manus intulisse, scriptoribus Ecclesiasticis sententias & paginas totas obliterando, immò integris ternionibus & libris excisis auctores castrando. Argentinæ in Bibliotheca tomus I. Hieronymi Parisijs (ubi nulla hæretici manus corrumperet potuit) in officina Carole Gvillard Anno 1540. impressus affervatur, in quo paginæ aliae ex parte, aliae universæ, sunt κεχιωμέναι siue cancellatæ. In Frontispicio legitur: Collegio Societatis Jesu Trevirensi approbatus à P. Joanne Cremerio Anno 1580. & ut observare licet, veritatis testimonia literæ obfuscant. Reliqui tomij ab eodem Patre, sed absque atramenti inductione approbat. Quod exemplat Serenissimus Dux Wurtenburgicus Eberhardus suis oculis usurpavit id mon-*

DE VETERIS ET NOVI

Grante Domino Bibliothecario, qui hoc refert in dedicatione part. **¶**
Theolog. Zach. b. 2. ad laudatissimum hunc Principem, & ego ipse non
semel tantum vidi. In nunc Gretzere & nega vos ex Patrum Scriptis
aliquid delere.

§. 16. Addendo etiam erga Patres peccant Pontificii, & (ut hu-
bens silentio præteream, quomodo expunctis Patrum verbis sua-
supponunt) unicum hoc exemplum addam. Christiani, quando apud
Eusebium l. 4. c. 14. excusant se erga Ethnicos putentes, quod illi adora-
tent Polycarpum: Αγνοῶθες, inquit, ὅτι ἡ τὸν Χριστὸν πότε κατα-
λείπει δυνάσθετα, τὸν ὑπὲρ τῶν παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων
σωτηρίας πλείστη, ἡτε ἐτεγόν των σέθειν. Ignorantes, nos neque una-
quam Christum reliquerot, qui pro omnium in mundo, qui servantur, sa-
lute passus est, neque alium posse quemquam adorare. Addidit homo Pa-
pista, ut Deum. Ne scilicet Christiani negare viderentur, posse quem-
quam præter Christum adorare, aut religiosè colore.

§. 17. Nunc si pergam ad inconcinnas explicaciones; Quot, ama-
bo, plastra falsarum expositionum inveniantur! Exemplo sit Na-
zianzenus, quando dicit suam sororem servasse apud avitutam corporis
& sanguinis Christi. Bellarminus Cardinalis hunc contendit loqui
de panis, non vini specie. At, quomodo panis, unum antitypum, vo-
cetur antitypa in plurali, & ita etiam antitypus sanguinis? Davus
ego non intelligo. Tandem supponunt Patribus hypobolimæa scripta
& πολλαχοῦ pro veris nobis obtrudere conantur. Contraria assertio-
nioni eorum quidam reclamat Pater, rejiciunt vel totum librum, vel
verba, quæ contra ipsos militant. Et quamvis aliqui eorum dicant:
Miserrimum esse configium, assertere librum aliquem esse spuriū
& suppositum, coguntur tamen sàpissimè hoc miserrimo uti con-
figio, quemadmodum id multis exemplis id demonstratum *Robertus
Cucus Anglus Ecclesiæ Leodiensis, in agro Eboracen si Pastor, & olim in A-
cademiâ Oxoniensi, collegii Aenei Nasi Socus, in Praefatione sua Censura.*
Ipse Ge'sar Baronius cum premitur testimonio, ex Clementis Consti-
tutionibus defumpto, responderet: Se uno verbo liberari posse, si apocry-
phum esse librum exciperet, & esse hoc honestum effugium.

§. 18. Non negamus in Sanctorum Patrum libris multa esse,
quæ depravavit malitia: multa esse, quæ obscuravit inscitia: multa
esse,

TESTAMENTI NATURA.

esse, quæ omisit negligentia: multa esse, quæ submovit audacia,
multa esse, quæ supposuit astutia. Patres verò temere in cœlum
promptâ manu ferre, & iterum, si placet, temerariè dehicere; hoc est,
de quo contentionis serram cum Pontificiis reciprocamus. Alias
scimus, Patres esse corruptos: Scimus corruptionis causas: Scimus
& corruptionis notas & signa: Scimus & remedia, quibus à corru-
ptione iterum vindicentur. Scimus, quid distent æra lupinis, i.e. vera
scripta suppositiis.

§.19. Si ergo verum judicium ferre velis de aliquo Patris scri-
pto, confer manuscripta & exemplaria vetusta; Considera acta
temporis, in quibus auctor vixerit. Si enim immiscet, quæ longo
temporis tractu post facta, certè non est auctoris, cui supponitur.
Observa testimonia citata, si enim ejus occurront, qui multis annis
inferior, certè non est auctoris, qui prætenditur. Nota etiam res &
vocabula, sive locutiones, quæ antiquioribus ignorata. Perpende
subjectam materiam, nempe res & argumenta, quæ tractantur, (cer-
tis enim temporibus de quibusdam peculiaribus argumentis pluri-
mum differunt.) Discute stylum & orationis habitum. Animadver-
te errores & dogmata, quæ scriptor in alijs profitetur libris. Evol-
ve Eusebii, Hieronymi, Sophronii, Gennadii, Trithemii, & similiūna
catalogos, qui eajusque auctoris tractatus recensent. Erue è vario-
rum auctorum lectione, & intaminatam crisi habebis de scripto. Et
hactenus de Patribus.

§. 20. Referunt nonnulli ad cognata Scripturæ Sibyllina Ora-
cula, quæ ex veteribus Codicibus aucta, renovata, & notis illustra-
ta à D. Joanne Opsopeo, cum interpretatione Latina Sebastiani Casta-
lionis & indice prodierunt Parisis in quarto Anno 1599. & de
quibus Erasmus Schmidius Anno 1618, tres conscripsit libros, agens
in primo de Sibyllis ipsis. 2. de eorum librorum in genere, in 3. de
eorum librorum, qui adhuc extant, auctoritate, ubi multa dicitur
provenientia de eorum oraculorum fide inveniantur. Justinus in oratione
ad Gentiles pag. 78. Sibyllarum carmina divinitus inspirata fuisse
contendit, & Clemens Alexandrinus 6. 570: Eusebius in oratione
(quæ 4. de Constantini Imperatoris vita libris subjungitur, & ad
extremum sanctorum, Constantini nomine prescribitur; Eusebio ve-

DE VETERIS ET NOVI
rō eruditōrum iudicio, vindicanda,) Laetantius Firmianus l.7. Insti-
tutionum, ubi de incredibili illa felicitate, quæ functos die, & restaura-
tos ad vitam exceptura esset, scripsit, aliquique Patres eadem constan-
ter gentilibus opponunt.

§. 21. Et nemo, nisi qui in Historia Græca & Latina hospes,
inficias ibit, Sibyllas fuisse. De horum Oraculorum autoritate le-
gendus Tacit. l.12. Ann. p.380. Liv. lib.5. pag. mibi 144.l. 22. p.323.327. &c.
Thomas Dempsterus ad Antiquit. Rosini pag. 311. refert ex Sibyllæ Del-
phicæ operibus Homerum operi multa inseruisse ex Jul. Solino Po-
lybiſ. Cie. l.2. de divinat. excusat Sibyllam, & dicit, non esse furentis
animi verba, aut insanii, sed adhibentis diligentiam, quæ ἀνθρώποις
dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur,
& affirmat hujus oraculi interpretem in Senatu edixisse: Eum
quem revera Regem habebamus, appellandum quoque esse Regem, si salvi
esse vellemus. Suetonius in Augusto cap.31. refert, quod Octavius Au-
gustus aliis fatidicis libris Græci Latinique generis supra duo millia
crematis, solos Sibyllinos retinuerit, ac duobus forulis auratis sub
Palatini Apollinis basi condiderit. Eusebio visum fuit τὸν ἐξολάτατον
τὸν τῆς κατὰ Ιταλίαν ποιητῶν, Virgilium quartam Eclogam de Christo
Servatore condidisse, in qua Cumæa Sibyllæ Maro etiam meminit.
Et quem later, quod urgente calamitate aliqua, aut ejus metu, autho-
ritate publica Quindecim Viri apud Romanos carmina adiverint
Sibyllina atque ea consuluerint?

§. 22. Multi ergo multâ hac antiquitatis famâ moti magni Vi-
ri, etiam è nostrisibus, versus ἀνθρώποις idem hanc: Ιησοῦς Χριστός, θεός
ὑός, σωτήρ, salvos Jesus Christus, Dei Filius, Salvator, Crux, continen-
tes, Sibyllæ ascriperunt Erythreæ. Et audacter sanè Cardinalis Bel-
tarminus l.1. de Christo c.11. Sibyllas multo clarius, quam ullos Prophetar-
um de Christo prædictissime assercere non dubitat. Equis vero credat, tam
profunda mysteria gentibus fuisse clarius patet alia, quam illi populo,
quem Deus Optimus Max. ut peculiariter suum dilexit, ac suam ipsius
fidelium suorum servorum voce eruditus &c. Apostolus tempora ante Chri-
stum appellat χρόνος ἀγνοίας, Act. 7, v.30. ac sape repetit, docti in de sa-
lute generis humani, ante Christi incarnationem fuisse mysterium, a seculis
Generationibꝫ absconditum, nunc autem manifestum sanctis ejus. Ro-
man.

TESTAMENTI NATURA.

man.16.v.25.Epbes.3.v.2. Coloss.1.v.26 quibus effatus quomodo sua constat re poterit veritas, si precipua doctrina Christiana mysteria gentibus fuere proposita? Præterea apud Platonem, Aristotelem, Theophrustum & aliis è paginis curiosissimis omnium disciplinarum scrutatores, eorumque hodie apud Sibyllas miramur, nullum penitus extat vestigium. Denique primus Ecclesiæ temporibus plurimi extiterunt, qui cœlestem veritatem segmentis suis adjutum iri non dubitarunt, quo facilius scilicet nova doctrinaq; agentium sapientibus admittetur, quo ex fonte, dubio procul orti libri sexenti, quos illa etas & proxima viderunt ab hominibus, minime malis, sub nomine etiam Domini Iesu & Apostolorum, aliorumq; Sanctorum publicatos, quorum plurimas Gelasius in C. Sancta Romana Dif. 15. enumerat. Ita Casaubonus Exercit. ad Ann. Baron. num. 18. argumentatur. Et quamvis à R. bardo Mountacutio, Episc. Nordovicensi, carpitur, ejus tamen partes suscipit defendendas Jacobus Capellus in Vindic. cap. II.

§. 23. Quibus Casauboni argumentis addi posset, quod 1. Paulus, exactissimus disputator, & ex principio proprio convincendorum agere solitus, hæc carmina, si genuina fuissent, Athenis, si non alibi, citasset. 2. Non verisimile, divina Prophetæ majestatem a crostichorum versuum argutiis ludere. 3. Nondum liquido constet, quæ genuina, quæ supposititia Sibyllarum carmina. 4. Dei patriter & Dæmonum essent vates: Notum enim, quæ consultis Sibyllarum libris, Quidam viri responsa dabant, de Junoni scilicet ac Diana apparidis lectisterniis: de Jovi, Apollini, Marti, votivendis ædibus, aut instituendis, de sacrificiis, Diis non ritè persolutis, & similibus. Et quas alias rationes adferre possumus.

§. 24. Non verò tot gravium authorum testimoniorum contradicimus, quasi nulla Sibyllina extiterint Oracula, hoc enim libenter concedimus: Sed hoc dicimus, quod quæ ad Christianismum pertinent, ea ab ipsis Christianis adjecta videantur, & non tanti sint momenti, quod exinde concludi possit: Si liber secundus de divinatione est Ciceronis, & à Cicerone reverè scriptus, qui Cicero interfelix fuisse scribitur in Chronico Funccii, seu Ostiandrico, anno ante natum Christum circiter quadragesimo, tum Cicero legit hæc verba Sibyllinis carminis eneas? ida conscientia banc: Jesus Christus, Dei Filius, Crux, Servator.

DE VETERIS ET NOVI

Quippe, quod Cicero dicat de quadam Carmine acrostico, non in specie de isto, quod supponitur, & excusat hoc esse artis & diligentie, quando aliquid exprimitur versus literis connectitur, non autem furoris. Quod vero reciter foliorum Sibyllinorum interpretem in senatu enunciasset, eum, quem revera regem haberent, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellent Romani. Hoc referendum esse puto ad Iulii Cæsaris perpetuam dictaturam, quæ occulto & incremento faciebat ad Imperium Romanum.

§. 25. Eusebius, quod de Virgilio profert, non apodicticè assertit, sed saltem arbitratur, uti ad istum modum non semel de hoc loquitur Pater. Deinde authoritati authoritatem oppono, Hieronymus d. 2. Epist. 2. ad Paulinum : (quæ romo 3. habetur & tractat de studio divinæ Scripturarum) Taceo de mei similibus, inquit d. l. pag. 71. qui si forte ad Scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aurem populi mulserint ; quicquid dixerint, hoc legem DEI putant, nec scire dignantur, quid Prophetæ, quid Apostoli senserint. Sed ad sensum suum incongrua appetant testimonia ; quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus depravare sententias, & ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas & Virgilis centonas : ac non etiam Mayores sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripsisset,

Jam reddit & virgo, redunt Saturnia regna;

Jam nova progenies calo dimittitur aleg.

Et patrem loquentem ad filium :

Nate, meæ vires, meæ magna potentia solus.

Et post verba Salvatoris in cruce :

Talia perstabant memorans fixusq; manebat.

Puerilia sunt hec, & circulatorum ludo similia, docere quod ignorat: immo, ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire, quod nescias.

§. 26. Insuper Poetam in illo cultissimo carmine potius Africai Galli, Afinii Pollionis filii, quam Servacoris ipsius celebrasse natalem Ciarissimus Buchnerus fusius deducit, in oratione, quam in Carbarinalium solennitate Wittebergæ Anno 1641. habuit. Qui vero plura de Sibyllinis Oraculis, pro & contra dicta desiderat, adeat, Sextum Senens d. 2. Bibl. S. Lit. S. Possevini Bibl. Select. d. 2. c. 71. Barnad. t. 1.

Comm.

TESTAMENTI NATURA.

Comm. Conc. l. 3. c. 25. Politianum Mifellian. cent. 1. cap 58. Frantz de interpret. Scripturæ pag. 159 seqq. & alios. Nos cum Jof. Seelig concludimus hanc controversiam, qui Isaac Casaubono in Opusculo pag. 522. ita scribit: *Quid Pseudo Sibyllina Omicula, que Christiani gentibus objiciebant, quam tamen è Christianorum officina prodiciunt, in gentium autem Bibliothecis non reperirentur? Adeò verbum DEI inefficax esse censuerunt, ut regnum Christi sine mendacio promoveri posse diffidarent?*

§. 27. Ad cognata verò primo omnium referendum Symbolum Apostolicum, quod quidem non ratione causa efficientis proxima, sed materie ita dicitur, de quo videndi Vossius in Tractatu de tribus Symbolis, Apostolico, Athanasiiano, & Constantinopolitano, nec non Rob. Parker de Descensu ad Inferos l. 4. Dein Nicenum & Athanasiū. Quibus oecumenicis nostrarum Ecclesiarum libri Symbolici addendi, uti sunt Confessio Auguſtana, prima illa minimeque mutata, quæ anno supra sesqui millesimum trigesimo Carolo V. Imperat. in Comitiis fuit exhibita, eujusque exemplar in Sacr. Roman. Imper. archivio aſtervatur (non quæ privato aſtu, insciis Protestantium Ordinibus, à Philippo edita,) eisdem Apologia, Articuli Schmalcaldici, uerò Catechismus Lutkeri, & tandem Formula Chrīstiane Concordie. Quæ quidem non obtinet in dijudicandis controversiis autoritatem supremi iudicis, quæ ſoli competit Scripturæ; ſed quod testimonium de religione noſtra perhibeant, hæreticos secundum Scripturas refutent, & veritatem ecclēstem conſirment. De his enim affirmare possumus, quod olim Athanasius in Epiftola ad Epifletum de Niceni Symboli autoritate scriptit: *Quæ in Synodo à Patribus ſecundum Scripturas ſacras expoſita eſt fides: ſufficiens eſt ad omnem deſtructiōnem impietatis hæretice, & ad confirmationem pie in Chriſto fidei.*

CAPUT XV.

DE PUGNANTIBUS.

Traditionis vocabulum, quia ēπωνυμὸν ab ambiguitate liberatur, & offendit, in qua ſignificatione hoc loco accipiatur. Rationes Pontificiorum, quibus defen-

DE VETERIS ET NOVI
fendunt traditiones : Alcoranus & Talmudicum Iti-
nerario R. Benjaminis quadam tenus refutantur.
Hieronymi Xavier Jesuitæ detestandum facinus pro-
ducitur. Definitio utriusq; Testamenti Generalis.

§ 1. Traditionis vocabulum, quia ambiguum, ab homonymia prius liberandum venit, ut constet, quasnam traditiones ad Scripturæ pugnantia referamus. Hic enim secludimus eas, quas Christus & Apostoli vivâ voce tradiderunt, & ab Evangelistis & Apostolis postea sunt scriptæ. Ut baptismatis traditio dicitur apud Basil. l. 3. contra Eunomium. Secludimus eas, quæ librōs sacros non interrupta temporum se-
rie perpetuum Ecclesiæ per quandam visibilem & sensibilem σύχεισην de manu in manum tradiderunt. Secludimus eas, de quibus loquuntur Irenaeus l. 3. c. 3. & Tertullian. de Prescriptione adversus Hæreticos, quorum dicta quasi in triumpho in omnibus suis ducent libris Pontificii. Hi enim Patres non simpliciter, quasi omnino in controversiis de religione non sit provocandum ad Scripturas; sed secundum quid hoc dicunt, scilicet, quia negotium ipsiis erat cum talibus hæreticis, qui quasdam Scripturas non recipiebant, aut si quasdam, tamen non integras; criminantes, eas non rectè habere, vel varias esse dictas, vel esse insufficientes, quod in illis soli possit inveniri veritas. Ita cum Marcion Tertulliano objiceret, se doctrinam à se de Apostolica accepisse, respondit ille Gloriaris Marcion, doctrinam tuam ab Apostolis ad Te derivatam. Probabo autem, nostrum inde profici. Ita sivis Corinthum, & ibi sedes Apostolica. Ita Romanum, Eccl. ubicung, sedes Apo-
stolorum, reperies, quod successores nobiscum consentient. Quapropter illorum sententia cedere debes.

§ 2. Secludimus eas, quas Irenaeus & Tertullianus in illa disputatio-
ne, de Scripturæ interpretatione, ejusq; verò sensu, habuerunt cum hæreticis, qui ex figuratis, parabolicis & obscuris locis monstrosa atque falsa collegerunt, hisce dein manifesta & clara loca eludentes atque prætententes se illas interpretationes accepisse ex traditione, quæ non per literas, sed per vivam vocem tradita fuissent. Monstret vero ad-
versarius, si vir est, Irenæum & Tertullianum in hac συρράξει dogma aliquod,

TESTAMENTIS NATURA.

aliquid, aut interpretationem aliquam, protulisse ex traditionibus, extra, & præter Scripturam, quæ sunt dogmata, non *xatā tō p̄ytōv*, sed *xatā dīdōtāv*, & per bonam consequentiam in Scripturis extantia. Ut est de baptismō parvolorum. Secludimus eas, quæ catholicō Patrum consensu congruunt cum Verbo Dei. Usitata enim formula loquendi: *Patres ita iudicaverunt*. Sic quod Samosatenus, Arrius, aliquique hæretici condemnati sint, est veterum traditio. Secludimus eas, quæ de ritibus & consuetudinibus quibusdam vetustis loquuntur. Ut sunt cruce signare, ad orientem converti in oratione &c.

S. 3. Intelligimus a.h.l. eas traditiones, quæ præter & contra Scripturā de fidei articulis, moribusq; statuunt, quas *Conc. Trident. Decreto I. sess. 4. pari pietatis affectu & reverentia cum Scripturis Canonicis suscipi*, ac venenari mandat. Quod, cum in ipso Conciliabulo Jacobo Nachianti *Fosse Clodia Episcopo durum videretur*, propter hoc iussus est à Legatis Tridento discedere, & Romam ad impetrandum à Pontifice veniam, abire. Sic enim *P. Vergerius*, qui ipse concilio interfuit, postquam suā refectionis causam exposuit in *Epiſt. ad Regem Polonię p. 19.* refert: *Ejiciebatur posse me aliis quoque, nempe Jacobus Nachiantus, Fosse Clodia Episcopus.* Cum enim legeretur *decretem tertia sessi. n. 4. p. 1.* & summa modis dixit, sibi dum videri verba, mutuata scilicet excap. Ecclesiasticarum distincti. ut in quibus dicebatur, eodem pietatis affectu ac reverentia suscipiendas ac venenandas esse eas, quas Papiste vocant tradiciones, quid ipsummet *Evangelium*, nihil n. esse, quod cū *Evangelio conferri* ullo modo possit, at duuraxat propter hoc iussū est à Legatis Tridento discedere, & Romā petere, si forte Papa vellet illi ignoroscere, quod tam fuisse remerari, quod decreto ab ipsomet Papa, Rome condito, ausus fuisse corradicere.

S. 4. Quemadmodum verò Pontificii in hoc cum hæreticis conveniunt, quod frequenter jacent traditiones, uti confert utrosq; *Gerh. tom. 5. p. 1080. seqq.* Ita iisdem argumentis propugnant traditiones cum hæreticis; sicuti deditur *Gerh. t. 1. pag. 52. 53.* & frustra *Becan. in Man. l. 1.c. 2. §. 12.* adducit locum 2. *Theſſ. 2. 14.* nec enim dictum, nec Patrum opinione, quas citato loco Jesuita adducit, nos feriunt.

S. 5. *Chrysostomus* respicit ad binos proponendi modos, dum *Apostolus* partim viva voce, partim scriptis, cum ipse praesens esse non potuit.

DE VETERIS ET NOVI

potuit, docuit Ecclesiæ. Hæc quippe conseruudo erat Apostolorum, quemadmodum id *Johannes Ep. i. c. v. 3. 4.* testatur, ut illa, quæ viderant, que audirent, annunciant, annunciatæ vero scriberent. Probet ergo Beccanus, Paulum alia dixisse, alia scripsisse. Non enim præsumitur, Apostolum non sibi constitisse, & bilinguem fuisse. Ita autem de se loquitur *2. Cor. 13. 13.* Non alia scribimus vobis, quam quæ legitio, aut etiam agnoscitio. *2. Cor. 10. 11.* quales sumus sermone per epistolæ, quum absumus, tales sumus & quum adsumus factio.

§. 6. Epiphanius heresi. 61. non dogmaticas intelligit traditiones, sed rituales, de quibus haud contendimus. *Basilii* locum examinavit Dominus *Dorschus* in Dissertatione sua super *Ius Canonicum* §. 13. & probe observandum venit, quid Basilius per ἀγεγύματα & διγύματα denotet. Stilus enim antiquorum Patrum sèpè à communione loquendi recedit modo, ita, ut quin usum Phraseos non probè animadvertisit, facile hallucinetur. Per dogmata Basilius intelligit ritus & ceremonias variæ pie circa cultum institutas, uti usurpatur *Col. 2. 14.* per ἀγεγύματα autem intelligit articulos fidei, & ea, quæ ad salutem necessaria. *Confer Lancellotum in Institut. Juris Canonici* l. 1. tit. 2. §. 12. *Damasceni* dictum versatur circa materiam de cultu imaginum, (qua opinione non nihil etiam infectus erat iste Pater) de qua extare quoque ἀγεγύματα παρεῖδον statuit. Verum hæc ceremonias tantum spectant, nec sunt dogmaticæ traditiones, de quibus nobis solum h. l. sermo. *Quoniā ergo nullum patrocinium papisticis traditionibus relictum; catalogus istarum incertus & lubricius;* (uti ostendit *Gerb. tom. i* §. 47 seqq.) affines etiam sint Pharisaicis & Thalmidicis (uti ad oculum monstrat *Cheyn. part. i. Exam. Concil. Trid. p. m. 20. seq.*) nemo vitio vertat, si has ad contraria, & Scripturæ repugnantia, referamus.

§. 7. Quo etiam relegamus detestanda Muslimicæ religionis mysteria, quæ, Episcopis de summis sedibus inter se acerrime certantibus, ac manus ad privatæ rei studium vertendo, negligenteribus; Principibus quoque magis expilatione plebis, quam studio tuendi & conservandi veram religionem, incombentibus, diu Raptor (uti testatur disputatio *S. Genesii & Christiani à Petro, Abbe Cluniacensi edita*) mulieros semper Mahometes (quod non diffiteatur *Alcoranus*)

azozane

TESTAMENTI NATURA.

Azoara 43,75. & 76.) in Arabia primum instituit justo DEI permisso, cuius castigationibus per Gothos, Hunnos, Vandulos, Avaros, Sabios, Gepidas, Francos, Burgundiones, Alanos, Alemanno, Svevos, Saxones, Varnos, Longobardos, &c. inflicitis, Populus Christianus se se emendare voluit. Atque ita impostor ille nongensis circiter annis maximam habitat orbis partem suis fallaciis occupavit, atque jam non solum doctrinæ sua vereno Arabiam, Syriam, Palæstinam, Egyptum, Persiam, toram Africam, Asiam Græciamque infecit: Sed promota errorum felicitate in Hungariam Germanique fines (proh dolor) propagavit, atque antiquissimam Venetorum Republicam, Promontorium orbis Christiani nunc bello aggreditur, pro quibus eccliam oramus, ut contra Christiani nominis infernissimos hostes fortunam viciricem clementissime largiatur!

§. 8. Et hie primo intuui Mahomedis Testamentum, sive pactio-nes inter Mahomedem & Christianos initæ & à Secretario Muavia ben-Abi Sofian, die Luna ultimâ Mensis quarti, anni quarti, Hegira, in Medinâ praesentibus 30. testibus scripta, omnem amicitiam Christianis reciprocâ promittant, atq; Muhamedes fateatur in Alcorano, Jesum esse Messiam in legè & prophetis promissum Azoara 20. Nullum ex homi-nibus patrem habuisse, Azoara 31. Vijsum ecclias, claudit gressum, agrotis sanitatem, vitam mortuis restituisse, Az. 5, 8. Viros sanctos fuisse, qui Jesu disciplinam primi propagarunt, Az. 5, 71. Mosem à Deo missum Az. 5, 21. Christianos in sua lege servari posse, Az. 1, 12. &c. Attamen multa contra V. & N. fidei narrat. Exempli gratia multa confundit in historia Exodi Az. 17, 30, 38. in historia Gédeonis & Saulis Azoar. 3. Iesum clam subductum fuisse in eccliam, cruci autem affixum fuisse quod-dam ejus simulacrum. Az. 11.

§. 9. Hunc vero dissentum Alcorani & Bibliorum excusant, Mahometista, Pontificiorum solenni commento, quod Az. 9. dicant libri, tum Mosis, tum discipulorum Jesu, non quales fuerant, man-sisse, sed corruptos fuisse & persuadent sibi Jobanis 14. ubi Paracle-tus promittitur, extitisse aliquod scriptum de Mahumete, quod Chris-tiani deleverint. Quibus hoc dilemma opponimus: Libri sacri sunt corrupti aut ante, aut post Mahometis adventum: Non ante, quia nulla fuit corrumpendi causa: nemo enim scire poterat, quid

DE VETERIS ET NOVI

docturus esset Mahumetes. Imò si Mahumetis doctrina non contraria haberet Bibliis, non difficiles fuissent Christiani in recipiendo Alcorano. Sin dices: Post ejus adventum corruptionem esse factam, negamus hoc potuisse fieri, cum jam eo tempore tot exta ent versiones Græcæ, Syriacæ, Æthiopicæ, Latinæ, Arabicæ in longè dissitis terrarum partibus, quæ omnes facili harmoniâ conspirant, ita ut nulla Scripturæ corruptio possit deprehendi. Nugas præterea vendit Mahumetes. Puta manum Deo frigidam esse, idque se tactu experimentum, gestari in sella. Item muvem in arca Noachi ex elephanti fieri, & selem ex leonis balitu prognatum: mortem in aricem commutandam, qui medio inter cœlum & inferos spatio sit stabulaturus; Epulas in vitâ alterâ per sudorem exercendas; mulierum greges ad concubitus, voluptates assignandas, & alia figura, quæ invenies apud Cardinalem Cusanum in libb. contra Mahumetistas, Cantacuzenum in Orationibus in Mahumetem, Eutymium Zigabenum in Disputatione contra Saracenos, Richardum & alios, qui de rebus & ritibus scriperunt Turcicis; Imprimis lege Theodorum Bibliandrum, qui Mahumetis ejusq; successorum vitas, doctrinam ac ipsum Alcoranum An. 1550. in folio edidit, & primus auctor extitit, ut in communem studiosorum usum Alcoranus verteretur. Minus competenter autem censuram sibi sumpserunt, qui hanc evulgationem, ut noxiā damnarunt, quorum carpendi & calumniandi studium contudit ipse Bibliander in Apologia pro editione Alcorani ad omnes Episcopos, Doctores & Pastores Ecclesiastarum Europæ.

§. 10. Thalmud Judæi jaçant singuntque Mosen in monte Sinai accepisse à Deo, non tantum ea, quæ literis mandavit: verum etiam mysticam & arcanam legis expositionem: quam nec scriperit, nec scribi voluerit, sed vivâ tantum voce eam tradiderit, & ita posteritati per ἔγγειον tradendam commendarit. Et utrumq; esse verbum Dei, pari reverentia & pietatis affectu amplectendum & venerandum: similes in hoc Pontificiis, qui eadem elogia de suis traditionibus ebuccinant; tam splendidam autem successionis seriem, contexere nequeunt. Sic enim Judæi suam deducunt: Moses tradidit verbum non scriptum Heli Sacerdoti, Heli Samueli Prophetæ, Samuel David Regi, David Achias Prophetæ, Achias Eliæ, Elias Eliæ,

fæo,

TESTAMENTI NATURA.

ſeo, Elisæus Jojadæ Pontifici, Jojadas Zachariæ Prophetæ, Zacharias Hoseæ, Hoseas Amozi, Amoz Eſaiæ, Eſaias Micheæ, Micheas Joel, Joel Nahum, Nahum Habacuci, Habacuc Sophonias, Sophonias Jeremias, Jeremias Baruch ſcribæ, Baruch Eſdræ. Ab Eſdra deinde perpetuo numerant maximè illustres Viros usque ad Hillelem, Simeonem justum, Gamaliel, & alios, donec ex illa conservatione cœperit in ſcripta redigi, unde tandem utrumque Thalmud eſt ex eſcum : Quæ omnia fuſe recitata extant apud Galatinum in de Aranis Catolica Veritatis.

§.11. Sed quanta affaniæ in Talmud contineantur, tædet referre. Exempli gratia de Dei ſletu, quod urbem paſſius fit excindī. In titulo Chagiga, Debarim Rabba & Berachoth. De ejus quotidiana diligentia in legenda lege. Ithaanith: Avida Zara. Et ſimilia, quæ apud Buxtorffum in Operis Talmudici reſenſione ad tractatum de Abbreviaturis Hebræis adjecti, & apud Geronem in ſuo ad Judæos libro non pauca inserta inuenies. Blafphemias etiam, quas contra Christum & Christianos fundit titulus Avoda Sam, i.e. de Idololatria, præterire malo. Quoniam ea ex cauſa hic totus titulus eſt omiſſus in editione Ambroſii Erbenii, qua Basilea Ann. 1588. prodiit. Nunc autem (uti antea in prima editio- ne, quæ Venetiis curante Daniele Bombergo, charta elegantissima & characteribus nitidissimis excusa) legitur in Cracoviensi evalgatione, quæ ante non ita multos annos lucem adſpexit. Utinam verò Hercules aliquis ſurgat, qui hoc recutitæ Gentis ſtabulum purget, in lati- num vertat, & commentariis adorneat ; Quemadmodum laudabili auſu, antequam ſubſidia Buxtorffii Lexico Rabbinico aliisque præpa- rata, ſuſcepit Dominus Jobannes Coch vertendo & notis illuſtrando Sanhedrin & Maccoth, quem fecutus Conſtantinus l'Empereur, qui co- dicem Middoth ſive de Mensuris Templi fermone Latino & obſerva- tionibus edidit : Hoc enim paſto ſua arma in Verpos Apellas con- vertere poſſemus, deprehensis fabulis, confeſſionibus propriis, con- tradictionibus, & ſimilibus.

§.12. Ita (ut ad exemplum accedamus) facili labore R. Benjamini refutare hoc ſubſidio poſſumus, qui magnas in Itinerario ſuo proje- ctit ampullas de ſua gente, fingens in civitate Bagdado 10. syne- dria habere : His præſidere D. Daniel, Filium Hafſdai, genealo-

DE VETERIS ET NOVI

giam suam ad Regem David, usque scripto deducecentem, & à Judæis
vocatum סָרְנַת בֶּן רֹאשׁ הַגְּלִילִי Dominus noster, caput exulum : A
Mahumedanis autem סָרְנַת בֶּן רֹאשׁ הַגְּלִילִי Dominus noster, filius David :
Hunc latissimum habere imperium in omnes Israelitarum cœtus
sub imperio Muhammedanorum, & quoties Abasidem Ahmed,
Regem è gente Ilmaelitarum salutatum procedat, comitatum esse
cùm ex gentibus, tum ex Judæis equitatu, & Praefectos acclamare,
טְרוֹק לְסָאוּרָגְזָה כְּנָרוֹאָה Omulou tarick lesejiana
ben Davoud : Parate viam Domino nostro, Filio Davidis : Item : Cùm
Rex Persarum ad debellandos Turcæ paganos venisset, & percun-
statum duos ministros misisset, quanam gens in montibus degerer,
& cui pareret? Tum illi, Judei sumus, nec Règem, nec Principem ullum è
gentibus nobis prefectum habemus; sed unum Principem Iudeum.

S. 13. At vero his figmentis opponimus D. Isaacum Abarbanel
& R. Mojen Alshechbi in Comm. ad Eſ. 53, 8. Opponimus Rambam
(qui abbreviate dicitur pro R. Moſes Ben Maimon, & de quo apud Ju-
dæos tritum : כְּנָסָתְרֵל קָרְבָּנָה עַד שָׁמָן אֶל מִזְבֵּחַ A Mo-
ſe, scilicet Amramide, ad Moſem, scilicet Maimonidem, non surrexit
Moſes,) Comm. ad Seč. i. cap. 8. Codic. Babakama. Opponimus R. Da-
vid Kimchi in Hof. 3, 4. qui ipſe agnoscit Judæos in potestate genti-
lium esse, nec Règem, nec Principem ex Iudeo habere. Præterea o-
mnes, qui Orientem perlustrarunt, uno affirmant ore, Judæos ibi nec
jus gladii, nec hujusmodi synedria habere, ne dum regna, sed ab iis
(si qui hoc privilegio gaudeant, ut controversias inter suos dijudi-
cent,) ad Muhammedanos provocationem dari. Testis David de
Willem, in Oriente per annos duodecim versatus. Testis Jacob Golius,
Arabica lingue Professor Lugduni, qui nec in Orientalium libris, nec
familiari colloquio, nec regiones persicando ista dominia depre-
hendere potuit. Quid multis? Cur non adeant Judæi, Germano-
rum Hispanorumque servi, Bagdadum, cum Abram Perifol in suo
libello *Orchath Olam* c. 14. iter premonstraverit? Petant scilicet è
servitute has Insulas Fortunatas, seu verius, Utopicas.

S. 14. Hic dissimulare non possum, nefarium, & extremis sup-
pliciis expiandum, facinus Hieronymi Xavier Jesuitæ, qui cum se-
pe aut octo annos in discenda lingua Persica impendiſſet (ut
ipſe

TESTAMENTI NATURA.

ipse in Prefatione ad Persarum Regem p. 9. meminit, in gratiam Mogolensium Persice Res Salvatoris nostri descripsit, promittens p. 13. se velle in his omnibus vera profetare, pleraq; ex Evangelio excerpere, & ab aliis scriptis oculos claudere, & in Epilogo pag 536. profetetur e sancto Evangelio & aliis libris Prophetarum in fede Chalifatus Agricid est, urbe imperiali) collegisse. At quomodo promissis sterebit, res ipsa & Historia Jesu Christi (ita titulum fecit) passim loquitur. Pleraq; enim non tantum ex Evangelio & Prophetis non depromovit, sed contra Scripturam, nullis fide dignis testimonii nixa, spuria & apocrypha, ad stabiliendum regnum Pontificium, inanesque hujus superstitiones fulciendas composuit. Tale est, quod p. 89. de Magis Christum adorantibus refert, quas nomen Baronius & Baradius, magni alias nūgigeruli, ne recensere quidem sunt dignati.

§. 15. Quicquid verò sit, tamen Antonius Balingh non sat verborum phaleratorum invenit in Locis Communibus Cap. i. preparat. p. 3. quibus Palatinum perfunderet Principem: Serenissimus, inquit, duciug. Bavaria Dux Maximilianus, pro sua eximia in DEUM pietate ardentissimus, ejus honoris, quaqua versum & ad extremas usq; oras propagandi studio in ceteris donis suis, verè Regis, etiam Christi Servatoria vitam arte non minore, quam sumptu expressam ad Sinarum Regem ista cum inscriptione transmittit: Vita Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei, Filii virginis, è SS. IV. Evangelii delibata & Maximo potentissimo, Sinarum Imperatori & Monarchæ transmissa Maximiliano Com. Palat. Rheni, uiri usq; Bavar. Duce Anno 1617. Erit involucrum argento calatum. & 4. Evangeliarum effigie suis cum symbolis illustratum, auro ipse liber charte pergamena in charta exaratus palme ferè magnitudine, sc. iconibus, qua Christi vitam referrent, hinc inde stans, tangere, arte saltis, ut animorum eriam esse picturam crederes.

§. 16. Sed quomodo iste Jesuita multa ex Tobia, (quem Prophetam vocat,) ex Josepho, Eusebio, Nicophoro, Sibyllis & Legendarum Scriptoribus in sua transtulerit, felicissime ante octo annos Lugduni Batavorum in tot terrariorum animalium salutem detexit, rerum Orientalium, si quis alias, peritissimus Ludovicus de Dieu, qui tot Ethnicorum myriadibus Jesu Christi Historiam ab homine isto sacerdoto, contaminatam fuisse, ostendit, & in tantum, quantum animæ

DE VETERI ET NOVI TESTAMENTI NATURA.

animæ toxica præfert, admonitione pia & Animadversionibus cruditis manifestavit. Quod idem fecit cum ejusdem Petri Historiæ Persecè conscripta, in qua authoris scopus fuit ostendere, Petro supra omnes Apostolos principatum obtigisse, & in Urbe Roma viarium Christi egisse.

¶.17. Atque ita per locos Logicorum topicos quadantenus disputationis nostræ navigium duximus, videntes nos jam in portu esse constitutos. Ideoque quia secundum Scaligerum definitio est anchora rei firmissima, hanc projiciemus, & talem constituemus: *Vetus & Novum Testamentum sunt libri, DEI iussu, à Prophetis & Apostolis literarū monumentis confignati, à Viris divinis in Canonem collecti, & per Ecclesiæ traditionem ad nos translati; Proponentes omnes articulos Fidei & fata Ecclesiæ, singulari inspiratione divina: In Veteri quidem Testamento originaliter lingua Hebraica: In Novo vero Græcâ, stylotamen Veteri conformi, omnibus hominibus: Ut de essentia & voluntate Dei ad vitam æternam instruerentur perspicue & perfectè, ita ut hos solos haberent, tanquam normam & judicem controversiarum fidei, longè post se relinquentes Patres, Concilia, Oracula Sibyllina, nostrosq; libros symbolicos, qui omnes juxta banc regulam pro re nata sunt aut recipiendi, aut rejiciendi cum Traditionibus Papisticis, Alcorano, Talmud, aliisque libris, qui pro divinis venditantur.*

Hæc pro ingeniole nostro, de utriusque Testamenti natura publicæ & Æterne sint subjecta, tempus monet, gratiarum tabulis pro revelatione Verbi Sui DEO humiliè suspeosis.


Jam littus legere & terris advertere proramus.

754898


X2434856

R


55



B.I.G.



JOHANNIS HÜLSEMANNI,
D. & Prof. P. Consistorii Elect. Affect.
ad D. Nicolai Pastoris Lips. &c.
DE
VETERIS ET NOVI
TESTAMENTI
NATURA.



LIPSIAE,
Apud IOH. MARTINUM BURGMANNUM,
In Collegio Paulino M. DCC. XIV.

